1556, 8. Euthymii, Monachi Zigabeni, panoplia dogmatica orthodoxae fidei, nunc primum è Graeco Latinè translata studio & labore Petri Francisci Zini. Paris., Fr. Barthol. Honorati. —— Sic in Catalogue de la Bibl. du Roi. Theol. T. I. p. 360 no. 417; error autem est, ut ex sequentis editionis notitia apparet.

1556, 8. Euthymii monachi Zigabeni Orthodoxae Fidei, dogmatica Panoplia; huc usque Latinis incognita, et nunc primum per Petrum Franciscum Zinum. Lugduni apud Sebastianum Barptolomaei Honorati. —— Sic in Maittaire Annal. typ. T. V. p. 387, in Catal. bibl. Barberinae T. I. p. 387, et in Catal. librorum Musei Britannici Vol. I. s. v. Euthymius.

1580, 8. — latine per Pet. Fr. Zinum. Paris.

1677, f. — translata per Pet. Fr. Zinum. —— *V.* Bibl. PP. (Lgd.) T. XIX. p. 1—235.

2) de Massalianorum secta.

1677, 4. Tres anathematismos Euthymii contra Massalianorum sectam, latine vertit I. Bapt. Cotelier. —— *V.* Ecclesiae Graecae Monumenta, ab eo edita. (Paris.) T. I. p. 737.

3) Commentarius in Psalmos.

1530, f. EUTHYMII Monachi Zigaboni (?) Commentationes in omnes psalmos de Graeco in Latinum conversae per R. D. Philippum Saulum Episcopum Brugnatensem. Aureum Ac Divinum Opus. Non sine privilegio, mulctaque pecuniaria, & excom. poena, ut in priu. cont. *Haec f.* 1 *a. In fine:* Ne quis alius hunc librum per decennium imprimere, aut imprimi facere, impressumque uendere, aut uendendum tradere, tam in hac Urbe quam in omnibus aliis privilegio cautum est sub poena in eo contenta. Veronae per Stephanum Nicolinum Sabiensem, et Fratres. MDXXX. mense Januario. —— Sic *Panzer* in Annal. typ. T. VIII. p. 561 sq. no. 6. Rep. in seqq. editionibus.

1543, 8. EUTHYMII monachi Zigaboni (?) commentarii in omnes Psalmos è Graeco in Latinum conversi per R. D. Philippum Saulum Episcopum Brugnatensem. Parisiis ex officinâ Ioannis Roigny. 1543. Excudebat Carola Guillard sub Sole aureo. M.D.XLIII. —— Sic *Maittaire* in Annal. typ. T. V. p. 387.

1547, 8. — Paris.

1560, 8. Euthymii, Monachi Zigabeni commentarii in omnes Psalmos, Latine, ex versione Ph. Pauli. Paris., J. de Roigny.

1562, 8. — Paris.

1568, 8. — Venet.

1573 (1575?), 8. — Lgd.

1677, f. —— *V.* Bibl. PP. (Lgd.) T. XIX. p. 235—44. *V.* 1530.

4) Commentarius in quatuor Evangelia.

1544, f. Commentaria in sacro sancta quatuor Christi Evangelia ex Chrysostomi aliorumque veterum scriptis magna ex parte collecta, autore quidem Euthymio Zigabeno, interprete vero Iohanne Hentenio, Mechlinensi Hieronymiano. Liber hic neque Graece neque Latine antea typis unquam excusus est. Addidimus & in calce confutationem Iudaicae cuiusdam imposturae, sive libelli de ficto legali Iesu Christi sacerdotio, ex Suida desumpti. Lovanii, ex officina Rutgeri Rescii, men. Februa.

1544, 8. Commentaria in IV evangelia, ex S. Chrysostomi, aliorumque veterum scriptis, collecta studio Euthymii Zigaboni (?) (*reliqua ut in praeced. edit.*) Paris., apud I. Roigny. Excud. Carola Guillard. —— Sic in *Voigtii* Catalogo libror. rar. p. 734, et in Catalogue de la bibl. du Roi. Theol. T. I. p. 360 no. 416. Rep. in seqq. editionibus.

1560, — 1602, 8. — Paris.

1677, f. —— In Bibl. PP. (Lgd.) T. XIX. p. 475—728.

III. *Illustrantia Euthymium scripta.*

Gu. *Cave:* De Euthymio, scriptore ecclesiastico. —— *V.* eiusdem Historiam litter. Scriptorum Eccles. T. II. p. 198 sqq.

Nath. *Lardner:* On Euthymius. —— *V.* eiusdem Credibility of the Gospel History. P. II. Vol. XI. chap. CLXIV. p. 434 sqq.

Casim. *Oudin:* De Euthymio. —— *V.* eiusdem Commentarium de Scriptoribus eccles. T. II. p. 979.

EUTOCIUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 562 sq.; *ed. n.* T. IV. p. 202 sq.

1) In Archimedem commentaria.

Aa) *Opera omnia.*

1544, f. *Εὐτοκιου Ἀσκαλωνιτου ὑπομνηματα.* Eutocii commentaria in Archimedem. Graece et latine primum edita. — *V.* Archimedes. I. Aa).

1792, — 1812, f. — graece et latine. Ex recensione Ios. Torelli. — V. *ib.* Oxon.

Bb) *Opera singula.*

1676, — 1699, f. Eutocii Ascalonitae in Archimedis dimensionem circuli commentarius. Graece et latine. — *V.* Archimedes. I. Bb).

1825, — 1828, 8. — griechisch, und deutsch übers. von J. Gutenäcker. — V. *ib.* I. Cc).

2) In Apollonium Perg. commentaria.

1710, f. Eutocii Ascal. in Apollonii Pergaei conicorum libros commentaria, edidit Edm. Halleius. — *V.* Apollonius Pergaeus. I.

EUTOLMIUS Illustris.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 717; *ed. n.* T. IV. p. 475.

I. *Epigrammata.*

1774, 8. Eutolmii epigrammata IV. Graece. — V. *Brunckii* Analecta. T. III. p. 8.

1794, 8 mai. — V. *Jacobsii* Anthologia, T. III. p. 228 sq. *V.* etiam eiusdem Commentarium Vol. III. P. III. sive totius operis T. XIII. p. 895.

EZECHIEL.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 679 sq.; *ed. n.* T. II. p. 305 sq.

1580, 8. Ezeckieli, Iudaicarum Tragoediarum Poëtae Ἐξαγωγη, Tragoedia de Israëlitarum Exodo, Graecè, cum Latina metrica Fed. Morelli versione, & ejusd. castigationibus. Parisiis, ex offic. Fed. Morel. — Sic *Maittaire* in Annal. typ. T. III. p. 780.

1590, 8. Ezechieli Judaicarum Tragoediarum poëtae Exagoge, seu Eductio Hebraeorum; Graecè, ex libro IX. Eusebii de Praepar. Evang. et seorsim Latinis versibus expressa et notis illustrata per Fed. Morellum. Parisiis, è typographià Steph. Prevosteau. M. D. LXXXX. — Sic *Maittaire* in Annal. typ. T. V. p. 388.

1590, 8. Ezekielis, tragici Poëtae, tragoedia sacra, seu exagoge, vel liberatio Hebraeorum, Graecè, cum versione Latina, versibus expressa, & notis Federici Morelli. Paris., Steph. Prevosteau. — Sic titulus in Catalogue de la bibl. du Roi. Theol. T. I. p. 346 no. 258. indicatur.

1598, 8. Ezechielis tragici Iudaei Tragoedia sacra (scl. Ἐξαγωγη), gr. lat. Paris., per Fed. Morellum. — Annum errorem esse typographicum loco 1590 suspicor.

1609, 8. — graece et latine. — In Corpore Poetarum Christianorum Graecorum. *Paris.*

1614, f. — graece et latine. — In *Iac. Lectii* Corpore Poetarum Graecorum tragic. et comic. (Col. Allobr.) T. I.

1624, f. — In *Bignii* Collectione poetarum christian., in Adpendice ad Bibl. PP. Graec. Paris.

1644, — 1654, f. — In Bibl. PP. (Paris.) T. XIV.

1830, 8. *Εζεκιηλου του των ἰουδαικων τραγῳδιων ποιητου ἐξαγωγη και Φιλωνος του Πρεσβυτερου Ἱεροσολυμα.* Ezechiel des jüdischen Trauerspieldichters Auszug aus Egypten und Philo des Aeltern Jerusalem. Nach ihren Fragmenten herausgegeben, übersetzt und commentirt von L. M. Philippson. Berlin, List. — 12 *Gr.* Bene meruit de Ezechiele et Philone presbytero Philippson. Versio fida et facilis est.

FAVORINUS.

1496, f. Favorini eclogae, graece. — *V.* Thesaurus Cornucopiae. & Horti Adonidis. Venetiis in domo Aldi Romani.

1823, 8. Favorini eclogae. Graece iterum edidit Gu. Dindorfius. — *V.* Grammaticos graecos, ab eo editos Vol. I. Lps., libr. Kühn. Ex priore editione recusae sunt eclogae.

M. Corn. FRONTO.

I. *Epistolae.*

1815, 8. M. Cornelii Frontonis epistolae (VI) graece, primus e cod. palimpsesto bibl. Ambrosianae edidit Ang. Mai. — *V.* inter Frontonis Opera inedita. Mediol. Rep. 1816 sqq.

1816, 8. — V. *ib.* Francof. ad M. Accurata prioris editio.

1816, 8. — V. *ib.* Berol., Reimer. Haec editio curata est a B. G. Niebuhrio.

1823, 8. — V. *ib.* Romae. Haec est editio altera ab Ang. Maio publicata.

II. *Illustrantia Frontonem scripta.*

F. J(*acobs:*) Notae criticae in M. Frontonis Epistolas graecas; cum appendice notarum criticarum. — V. *F. A. Wolfii* Litterarische Analekten Vol. I. p. 108—127, 246—250.

GABRIAS. v. BABRIUS.

Claudius GALENUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 509 sqq.; *ed. n.* T. V. p. 377 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera.*

1525, f. *Γαληνου. Α.* Galeni librorvm pars prima, qvorvm indicem VI. [III.] pagina continet. *Infra Aldi insigne typ. Infra:* Ne quis alius impune, aut Venetiis aut usquam locorum hos Galeni libros imprimat, & Clementis VII. Pont. Max. & Senatus Veneti decreto cautum est. — Pars secvnda, qvorvm indicem VIII. pagina continet (*reliqua ut supra*). — Pars tertia, qvorvm indicem VIII. pagina continet *etc.* — Pars qvarta, qvorvm indicem VIII. pagina continet *etc.* — Pars qvinta, qvorvm indicem secvnda pagina continet. *etc.* (*delphinus in hac ultima parte expletus est.*) *Graece. Voll. V.* — *Vol. I. f.* 1: Clementi VII. Pontifici Maximo Andreas Asulanus S. P. D. *F.* 3 *sequitur Clementis Papae VII. Privilegium, quod:* Datum est Romae XXVII. Ianuarii MDXXV. Pont. Nostri Anno Secundo Be. El. Ravenn. Dilectis filiis Andreae de Torresanis de Asula et haeredibus quondam Aldi Manutii Ro. in Civitate Venetiarum commorantibus. *Deinde f.* 4 *a:* VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ASVLANI SOCERI MENSE APRILI. M. D. XXV. — *Vol. II. dedicatum est:* Alberto Pio Carporum principi Federicus Asulanus S. P. D. *In fine f.* 160 *a:* VENETIIS IN AEDIBVS ALDI ET ANDREAE ASVLANI SOCERI MENSE APRILI M. D. XXV. — *Vol. III.:* Ioanni Matthaeo Giberto Episcopo Veronensi Clementis. VII. Pont. Max. Datario Franciscvs Asvlanvs S. *F. ult. subscriptionem, ut tom. II. habet.* — *Vol. IV. inscr. est.* Andreas Asulanus Reverendissimo Antistiti Brundusino, optimo et doctissimo Hieronymo Aleandro felicitatem. *In fine:* VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE ASVLANI SOCERI, MENSE AVGVSTO M. D. XXV. — *Vol. V. inscr. est:* Andreas Asulanus Ioanni Baptistae Opizoni patritio Papiensi Medicoque praestantissimo. S. *Hic tomus subscriptione caret.* — *T. I.* 4 non num. *ff.* praefixa, 24, 180 num. *ff.*, 1 vac. *f.* et 108 *ff. T. II.* 4 *ff.* praefixa, 184, 106 *ff.* (quorum ult. errore 160 num. signatum est). *T. III.* 4 *ff.* praefixa (tertium vacat), 106, 155 *ff.*, et 1 *f. T. IV.* 4 *ff.* praefixa (tertium vacat), 113 *ff.*, 1 vac. *f.*, 74 et 55 *ff.* et 1 *f. T. V.* 4 *ff.* praefixa, 327 *ff.* (post *f.* 252 numerus iterum incipit errore typ. a 245), et 6 *ff.* Etiam exx. in ch. max. extant. Hanc editionem principem, quae quamquam vitiis typ. inquinata est, magni tamen aestimatur, I. Bapt. Opizo, G. Agricola et And. Asulanus curaverunt. In plurimis exx., quae occurrunt, unus vel alter tomus deest. Bibl. acad. et sen. Lips.

1538, f. *ΓΑΛΗΝΟΥ ΑΠΑΝΤΑ.* Galeni Pergameni, svmmi semper viri, qvique primvs artem medicinae vniversam, apvd priores homines obscuram & veluti errantem, in perspicuam quandam & propriam expositionem traduxit opera omnia, ad fidem complurium & perquam

uetustorum exemplarium ita emendata atq; restituta, ut nunc primum nata, atque in lucem aedita (?) videri possint. *Catalogum librorum qui primo hoc Tomo continentur, proxima à praefatione pagina indicabit.* Caesareae Maiest. & Christianiss. Galliarum Regis decreto cautum est, ne quis alius hos Galeni libros, usquam locorum suorum impunè aut imprimat, aut impressos alibi, venales importet. BASILEAE M.D.XXXVIII. *In fine p.* 567: *Ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ τῶν γερμανῶν παρ' Ἀνδρέᾳ τῷ Κρατανδρῳ, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας α φ λ ζ. Voll. V.* —— 8 *ff.* praefixa, 567 pp.; 491 pp.; 4 *ff.* praefixa, 487 pp.; 4 *ff.* praefixa, 480 pp., et 1 *f.* in cuius pagina recta: BASILEAE APVD IOAN. HERVAGIVM ET IOAN. ERASMIVM FROBENIVM, ANNO M.D.XXXVIII. *F. ult. in pagina versa habet insigne typ.*; 4 *ff.* praefixa, 727 pp. et 1 *f.* Editores huius editionis, cui omnem operam navarunt, Ioach. Camerarius, Leonh. Fuchs et Hier. Gemusaeus fuerunt. Substrata editione principe, atque adhibitis codicibus mstis, multa corrupta loca emendarunt, mutilata explerunt, aliaque suspecta asterisco notarunt ita, ut haec editio praecedenti praestet. Insuper huic editioni tomo V. p. 719 sqq. Galeni *liber de ossibus*, et quidem latine, inest. Bibl. acad. et sen. Lips.

1679, f. mai. Hippocratis Coi, et Claudii Galeni Pergameni Archiatrων Opera, Renatus Charterius, Vindocinensis, Doctor Medicus Paris. Regis Christianissimi Consiliarius Medicus, ac Professor, plurima interpretatus, universa emendavit, instauravit, notavit, auxit, secundum distinctas Medicinae partes in tredecim Tomos digessit, & conjunctim Graecè & Latine primus edidit. Lutetiae Parisiorum, Apud Petrum Aubouïn Bibliopolam, in Area Palatii, prope aedes Senatus Principis, ad insigne Lilii. M. DC. LXXIX. Cum privilegio Regis Christianissimi. *Tomi XIII.* —— Hanc editionem Charterius suis impensis iam a. 1638 molitus est; sed a. 1654 morte abreptus opus ad finem perducere non potuit. Ipse tantum decem priora volumina curavit, reliqua quatuor Blondel et Lemoine ediderunt. Qua de causa aliqua diversitas inter singulos tomos est. Nonnulla enim priorum voluminum exemplaria annum 1639 habent; praeterea tomo primo duas aeri incisas tabulas Charterius addidit, quae vero, iam multis exemplaribus divenditis post, aeri incidebantur, atque in iis desunt. Num fortasse prorsus diversa tomi primi exemplaria extent, nunc diiudicare nequeo. *De Villiers* quidem de hac editione in epistola, quae est inscripta: Lettre de Mr. Villiers sur l'édition grecque et latine des Oeuvres d'Hippocrate et de Galene publiée par Ren. Chartier. (à Paris. 1776, 4. et repetita in: Mémoires de Goulin) monet, tomum primum a. MDCLXXIX. iterum typis excusum esse. Tomus IX. singulari paginarum numero, in duas partes divisus est. Quamquam codices msti sunt adhibiti, tamen non acri iudicio editor in emendando textu versatus est, temereque multa mutavit. Fundamentum editionis est editio Basileensis; Aldinam editor non noverat. Variae lectiones, quia earum fons ignotus est, non multum valent. Ceterum in hac editione primum prodierunt Galeni libri de humoribus; de ossibus; de septimestri partu; de fasciis; de clysteribus. Correctiores autem edidit definitiones medicas; septimum de usu partium librum, librum de septimestri partu; librum de comate secundum Hippocratem; de praenotione librum. Bibl. acad. Lips.

1821 — 1830, 8. *Κλαυδίου Γαληνου Ἁπαντα.* Claudii Galeni Opera omnia. Edidit C. Glo. Kühn. Lps., in offic. libraria C. Cnoblochii. Voll. XIX. —— 105 *Th.* Indices propediem prodibunt. Primo volumine ex Fabricii Bibl. Gr. notitia litteraria exhibetur. Substrata est *Chartieri* editio, atque in edendo textu adhibitae sunt notae, quae tribus editionibus Aldinis adscriptae erant.

Bb) *Plura opera.*

α) Sine a. notitia.

—, 8. *Γαληνου περι οὔρων, εὐχυμιας και κακοχυμιας, βδελλων.* Graece. Paris., apud Simonem Colinaeum. —— Fortasse a. 1530 prodiit. In Fabricii Bibl. Gr. l. c. p. 482 indicatur editio *s. a.*: Galeni de urinis liber nec non de boni et mali succi cibis liber, et de hirudinibus, revulsione, cucurbitula, scarificatione libellus. Graece. Lutet. Paris. apud Sim. Colinaeum.

β) Cum a. notitia.

1500, f. mai. *F.* 1 *a* (*sign. Αβ*) *ornamentum xyl. rubrum, in cuius medio effigies Galeni nigro col. impressa est, et habet inscr. rubro pictam: ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥ||ΤΙΚΗC ΜΕΘΟΔΟΥ ΛΟ||ΓΟC ΠΡΩΤΟC ∽ Deinde textus litt. initiali Florent. rubro picto incipit. F.* 97 *a idem ornamentum xyl., ac f.* 1 *a, inscriptum*

rubro: ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ Γλαυ-||ΚΩ-ΝΑ, ΘΕΡΑΠΕΥΤΙ-||ΚΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ, ΒΙ||ΒΛΙΟΝ πρῶΤΟΝ. *Iterum textus litt. initiali florent. rubro picto incipit.* F. 110*b*: ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥ-ΚΩΝΑ ΘΕΡΑ-||ΠΕΥΤΙΚΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ || ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ: *Deinde sequitur subscriptio graeca quinque lin. comprehensa, et litt. initiali florent. rubro picto incipiens:* Venetiis impressus est praesens liber sumptibus nobilis et praestantis Viri domini Nicolai Blasti Cretensis, Regente Augustino Barbadico Serenissimo Regiam hanc urbem dextre gubernante. Non tamen sine privilegio anno a nativitate Christi millesimo quingentesimo Pyanepsionis incipientis die quinto. F. 111 *a regist. et rubro pictum insigne typ.* — 111 *ff.*

1530, 8. Cl. Galenii de Elementis secundum Hippocratem Lib. II. De optima corporis nostri constitutione; De bono Habitu, Graece. Parisiis ex Officina Gerardi Morrhii Anno MDXXX.

1537, 8. Medicorum Schola, h. e. Claudii Galeni Isagoge seu Medicus. Eiusdem Definitionum Medicinalium liber. Vterque graece pariter et latine summo studio ac diligentia in artis medicae tyronum gratia excusus, adiecto duplici indice. Basil. per Th. Platerum et Th. Lasium.

1538, 8. ΓΑΛΗΝΟΥ περι κρασεων βιβλια τρια. του αυτου περι ανωμαλου δυσκρασιας. ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ὁρκος. Galeni de temperamentis libri tres. Eivsdem De Inaequali intemperie libellus. Cvm his Hippocratis iuramentum. Adiecimus eorundem libellorum Latinam quoq; versionem (*Linacri*): & in praedictos Galeni libellos Introductionem. BASILEAE M. D. XXXVIII. *In fine:* BASILEAE, PER THOMAM PLATTERUM, M. D. XXXVIII. MENSE MARTIO. (*Edente Seb. Singkelero.*) — 4 *ff.* praefixa, 182 pp. et 1 *f.* 139 pp. Bibl. acad. Lips.

1544, 4. Cl. Galeni Pergameni nobilissimi Medici libri aliqvot graeci partim hactenus non nisi, partim à mendis quibus scatebant innumeris ad uetustissimos codices repurgati & integritati suę restituti, Annotationibusq; illustrati per Ioannem Caivm Britannum, Medicum. FRO || BEN. M. D. XLIIII. Cum Imper. Maiestatis priuilegio. *In fine:* Basileae, apvd Hier. Frobenivm et Nic. Episcopivm, mense avgvsto anno M. D. XLIIII. Basileae, apud Hieron. Frobenium & Nic. Episcopium. — Habentur hic: Galeni de placitis Hippocratis & Platonis lib. I. graece et latine interprete Io. Caio. p. 1 sqq. 337 sqq.; de comate apud Hippocratem, graece p. 18 sqq.; de Medicinis succedaneis graece p. 25 sqq. post pag. 32 incipit iterum numerus ab 1.; de Anatomicis administrationibus libri IX, graece cum annotationibus et argumentis Io. Caii, p. 8 sqq. — Haec collectio magni aestimatur. 4 *ff.* praefixa, 32, 354 pp., 1 non num. *f.* 91 pp. peculari titulo ornatae sunt sic ΓΑΛΗΝΟΥ περι μυων κινησεως βιβλια δυο, μετα των εἰς αὐτα σχολιων. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΕΒΔΟΜΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ περι χρειας μοριων μερος, εν τοις τυπωμενοις βιβλιοις παραλελειμμενου. ΙΠ-ΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΑΡμακων βιβλιον ἐν. Δι Ιωαννου γαϊου τη ἐκ της βρεταννιας. FRO||BEN. BASILEAE MDXLIIII.

1546; f. Galeni de Elementis secundum Hippocratem, de optima corporum consitutione, de bono habitu, de atrà bili. Graece. Paris., apud Ch. Wechelum.

1550, 8. Galeni de morborum differentiis; de causis morborum; de differentiis et causis symptomatum. Graece. Antverp.

1556, 4. Galeni liber de optimo dicendi genere. Quod optimus medicus idem sit et philosophus. Graece et Latine. Basil.

1557, 8. Κλ. Γαληνου περι διαφορας πυρετων, cum brevibus notis; περι μαρασμου, περι τροφων, περι καθαιροντων, τινας δει ἐκκαθαιρειν, περι ἀντεμβαλλομενων, περι ὀγκων. Graece. Lutet. Paris., apud Guil. Morelium.

(1557,) 8. Galeni Libri de septimestri partu; brevis designatio dogmatum Hippocratis; de ptissanâ; de ossibus; integri et emendati per Ioannem Caium Britannum. Basileae per Ioannem Oporinum. — Annum 1557 Caii epistolae tractatibus seorsim praemissae gerunt.

1563, 8. Galeni de parva pila ludendi exercitatione, & de ossibus, Graece. Paris., apud Guil. Morel.

1577, 4. Galeni Quod optimus medicus idem sit & philosophus; ac de optimo docendi genere. Graece. Lutet. Paris., ex offic. Fed. Morelli.

1591, 4. Galeni Exhortatio ad discendas bonas artes. Eiusdem Quod optimus medicus idem sit et philosophus.

(*Studio I. Posselii.*) Rostochii, typis Myliandrinis anno (15)91. —— Haec, ex editione Basileensi expressa, nihil propriae dotis habet.

1640, 4. *Κλαυδιου Γαληνου Πεογαμηνου των σωζομενων τινα.* CLAUDII GALENI Opuscula varia, a D. Theodoro Goulstono graeca recensita, mendisque quibus scatebant quam plurimis repurgata, et in linguam latinam clarius puriusque quam antehac traducta. Accessere ab eodem variae lectiones et annotationes criticae. Londini, typ. Rich. Badger. —— 12 *ff.* praefixa, 247 pp., et 14 *ff.* contin. varias lectiones aliasque animadversiones. In hac collectione continentur: 1) Oratio ad artes et medicinam hortatoria; 2) quod optimus medicus idem sit et philosophus; 3) de optimo docendi genere; 4) de sectis; 5) de optima secta; 6) de dignoscendis et curandis animi affectibus; 7) de curandis animi erratis; 8) de substantia naturalium facultatum; 9) quod animi mores sequantur temperamentum corporis. Post mortem (a. 1632) Goulstoni hoc opus edidit Th. Gataker. Versionem latinam novam condidit Goulston, textumque graecum ad codices mstos emendavit. Notae adiectae multum valent.

Cc) *Opera singula.*

1) De optimo docendi genere.

1547, 4. —— *V.* infra 2).

1621, f. Cl. Galeni liber de optimo docendi genere. Graece et latine, interprete Desid. Erasmo. —— Cum Sexto Empirico. Paris.

1818, 8. *Κλ. Γαληνου περι ἀριστης διδασκαλιας.* Cl. Galeni de optimo docendi genere libellus. Graece latine. Edidit C. Glo. Kühn. Lps., G. Fleischer. —— 8 *Gr.*

2) De optimo medico, philosopho.

1547, 4. Galeni adhortatorius Sermo ad artes; de optima doctrina; quod optimus Medicus idem sit & philosophus, graece et latine Erasmo Roter. interprete. Paris., excudeb. Ch. Wechelus.

1788, 4. Viro Magnifico Illustri Phil. Frid. Meckel cum fasces academicos obtineret, gratulabundus Claudii Galeni tractatum de optimo medico, philosopho, graece et latine recudi curavit Curt Sprengel. Halae.

3) Suasoria ad artes oratio.

α) Sine a. et l. notitia.

—, 4. Galeni Exhortatio ad bonas artes, graece et latine, interprete L. Bellisario, cum annotationibus Iulii Alexandrini, e Mstis. Edidit Pet. Kirstenius. (*Upsal.*, 1636.) —— Sic titulus notatur in Catalogo bibl. Upsal. T. I. p. 322.

β) Cum a. et l. notitia.

1547, 4. —— *V.* antea 2).

1563, 8. Galeni paraphrasis in Menodoti exhortationem ad artes, Graece. Paris., apud Guil. Morel.

1581, 4. — graece, cum notis edidit F. Iamot.

1583, 4. Galeni Paraphrasis in Menodoti exhortationem ad artes, Graece; et seorsim Latinè, ex Erasmi interpretatione, à Federico Iamotio medico recognitâ & annotationibus illustratâ. Lutet. Paris., apud Fed. Morellum Typographum regium, viâ Iacobaeâ, ad insigne fontis. —— Latinae versioni latinum Fed. Morelli distichon praefixum est. Hoc anno obiit Fed. Morellus, pater; cui Fed. Morellus, filius, successit.

1741, — 1751, 8. —— *V.* Callimachus. I. Aa) *β*).

1747, 8. — 1747, 12. —— *V.* Aesopus. I. Bb).

1778, 8. *Γαληνου Προτρεπτικος ἐπι τεχνας.* Galeni Admonitio ad litteras addiscendas. Primum graece separatim edidit; Editiones principes inter se contulit; Locos quam plurimos emendavit, explicavit, illustravit; Iani Cornarii Celeberrimi olim Ienensium Medici adnott. adjecit; Indices locupletissimos addidit I. Ge. Gu. Koehler. Lps., Schwickert. —— 6 *Gr.* Nihil haec editio habet, quo commendari possit. Notae adiectae vanae atque futiles sunt. Cornarii annotationes, quae in titulo commemorantur, ex ora cuiusdam exemplaris Aldinae editionis descriptae sunt, atque errores typ. emendant. Conf. gravem censuram in (*Wyttenbachii*) Bibl. crit. Vol. II. P. II. p. 98 — 113.

1812, 8. *Γαληνου Προτρεπτικος ἐπι τας τεχνας.* Galeni Adhortatio ad artes, cum sua annotatione, et versione Des. Erasmi edidit Abr. Williet. LB., apud Luchtmans. —— 1 *Th.* 6 *Gr.*, ch. mel. 2 *Th.* 6 *Gr.* *V.* censuram in Museo crit. Cantabr. T. II. p. 318 — 322.

4) De potentiis naturalibus.

1547, 8. Galeni de naturalibus facultatibus libri III. Antverp., ex offic. Io. Loec.

5) De ossibus.

1543, 4. *Γαληνυ περι ὀςων τοις εἰσαγομενοις.* Galenus de ossibus ad tyrones, numquam hactenus impressus. Paris., ex offic. Michaelis Vascosani. —— Huic editioni Iac. Sylvius praefationem praemisit, ex qua patet Galeni librum a Mart. Gregorio descriptum Venetiis, deinde autem ab illo ad amicum Michaelem Vascosanum missum esse, qui eum excuderet.

1579, 8. Galeni liber de ossibus, graece cum praefatione Sal. Alberti. Viteb.

1603, f. Io. Phil. Ingrassiae in Galeni librum de ossibus commentaria nunc primum in lucem edita et iconibus insignita; appositus etiam est graecus Galeni contextus una cum nova latina versione. Panormi.

1630, f. Galeni de ossibus ad tyrones liber. Graece et latine Ferd. Balamio interprete, cum notis perpetuis Casp. Hofmanni. Francof., typis Wechel.

1665, 12. Galeni de ossibus liber, graece et latine. Accedunt Vesalii, Sylvii, Henerii, Eustachii ad Galeni doctrinam exercitationes. Hippocratis liber de ossium natura. Celsus de figura ossium. Ex bibliotheca Io. van Horne. LB.

6) De usu partium corporis humani.

1543, f. Galeni de usu partium corporis humani decem libri. Graece. Paris., ex officina Christiani Wecheli.

1549, 8. Galeni de vsu partium corporis humani liber quartus. Graece, per Vitum (*Ortelium*) Winsemium. Viteberg, exc. Io. Luft.

7) De locis affectis.

1554, 8. Galeni de locis affectis libri sex. Graece. Basil., per Th. Platterum.

1540, 8. Galeni de locis affectis libri sex. Graece. —— Cum Hippocratis de Haemorrhoidibus libello. Basil., per Th. Platterum.

8) De pulsibus.

1543, f. Galeni de pulsibus, & usu pulsuum. Graece. Paris., ex officina Ch. Wecheli.

1529, 8. Galeni liber de pulsibus introductorius. Graece. Paris., ex Offic. Simonis Colinaei.

1529, 8. — Colon.

1543, f. — Paris.

9) De tumoribus.

1589, 8. Galeni de tumoribus praeter naturam. Graece. Viteberg.

10) Ars medica.

1543, 8. Galeni Ars medicinalis, graece latine ex variis interpretibus. —— Cum Hippocratis libello de praepar. homin. Basil., per Henric. Petri.

1548, 4. Galeni ars medicinalis, graece cum lectionibus variis. Excud. Ch. Wechelus. Paris.

1586, 8. *Γαληνυ τεχνη ἰατρικη.* Galeni ars medica, graece et latine interprete Nic. Leoniceno. In usum scholae Argentoratensis separatim expressa. Argent. —— In aliquot exemplaribus versio latina deest.

11) De compositione medicamentorum.

1553, 8. Fr. Rotae Commentaria in Galeni librum de compositione Medicamentorum, cum graeco textu. Bononiae.

12) Ad Glauconem libri.

1536, 8. Galeni de ratione medendi ad Glauconem libri duo, Graece. Paris., ex Officina Christiani Wecheli. —— Hanc editionem, ut ex epistola libro praemissa patet, Ioannes Guinterius curavit.

13) De sanitate tuenda.

1539, 8. Galeni de tuenda valetudine secunda libri sex, Graecè. (Cum praefatione Albani Torini Vitodurensis ad literarum studiosos Basileae 1538. data.) Basileae per Balthasarum Lasium. *In fine:* Ex officinâ Balthasaris Lasii, mense Martio, anno M. D. XXXIX.

1549, 8. Galeni de tuenda valetudine libri VI. Graece, ad vetusta exemplaria castigati per Io. Caium. Basil., per Io. Oporinum.

14) De alimentis.

1557, 8. Galeni de alimentorum facultatibus libri III. Graece. Paris., apud Fed. Morellum.

15) De succis.

1536, 8. Galeni de probis pravisque alimentorum succis liber. Graece. Paris.

16) De animi moribus.

1528, 8. Galeni liber: Quod animi mores corporis temperamenta sequantur. Graece. Paris., Fed. Morellus. — Morellus hunc librum edidit integriorem emendatioremque quam ante prodierat.

17) Lexicon.

1564, 4. — 1780, 8. — *V.* Erotianus. I.

18) De septimestri partu.

1549, 8. — graece. Basil.

19) De animi adfectuum dignotione et curatione.

1592, 4. *Γαληνȣ περι διαγνωσεως και θεραπειας των ἐν ἑκαςȣ ψυχῃ ἰδιων παθων.* Galeni aureolus libellus: quomodo quis et dinoscat et sanet proprios animi sui adfectus: ex emendatione accurata Ioannis Caselii. Helmaestadij, apud Iac. Lucium. — Caselius longe ab Aldino et Basileensi recedentem, sed multo praestantiorem prioribus editionibus, textum, maxime ex ingenio, constituit. Charterius hanc editionem non noverat.

1715, 4. *Γαληνȣ περι διαγνωσεως και θεραπειας των ἐν ἑκαςȣ ψυχῃ ἰδιων παθων.* Galeni libellus: quemadmodum quis animi sui adfectus dinoscat et corrigat. Io. Caselio interprete. In usum studiosae iuuentutis iterum edidit Io. Henr. Acker. Rudolst. et Jenae. — Haec editio ex praecedente expressa est.

20) De praenotione.

1550, 8. *Γαληνου περι του προγινωσκειν.* Paris., apud Guil. Morelium.

21) De facilibus paratu remediis.

1530, — 1536, 8. Galeni de facilibus paratu remediis libri duo. Graece. Paris., apud Simonem Colinaeum.

22) De historia philosophica.

1497, f. Galeni de philosopho historia. *Graece.* — Cum Aristotele. Vol. II. *V.* ib. I. Aa).

23) De humoribus.

1558, 8. Galeni de humoribus liber graece numquam antehac typis excusus cum versione latina notis marginalibus et tabella totius libri Bernardi Bertrandi Rhegini. Argent., apud Sam. Emmel. — Ante nusquam editus est hic liber. Deinde illum in sua editione recepit Charterius tomo III. p. 150.

24) De urinis.

1586, 8. Galeni liber de urinis, graece et latine editus studio Salomon. Alberti. Viteb. — Hic multo emendatior quam ante prodiit liber.

25) De ponderibus et mensuris.

1555, 4. Synopsis Mensurarum & Ponderum, Ponderationisque mensurabilium secundum Romanos, Athenienses, *γεωργους και ἱπποϊατρους*, ex praestantissimis authoribus contracta, operâ Michaelis Neandri ex Valle Ioachimica, anno MDLIII. Accessit Galenus de Ponderibus & Mensuris, Graecè & Latinè, nunc multo correctior, ejusdem Neandri operâ. Basil., ex officinâ Ioannis Oporini MDLV. Mense Ianuar.

26) De dissectione musculorum et de consuetudine.

1832, 8. Galeni de dissectione musculorum et de consuetudine libri. Ad fidem codicum manuscriptorum alterum secundum, primum alterum graece edidit F. Reinh. Dietz. Lps., sumt. Leop. Vossii. MDCCCXXXII. — XVI, 131 pp. Ch. membr. 1 *Th.* 16 *Gr.* Textui multae adhibitorum codicum variae lectiones subiectae sunt. Praeterea etiam musculos, ab Galeno descriptos indicavit, lectoresque ad recentiores, qui hanc rem explicarunt, praecipue ad Cuvierum relegavit.

Dd) *Fragmenta.*

1824, 4. Fragmentum Synopseos Galeni librorum suorum XVI. de pulsibus, graece nondum editae, cum versione latina edidit C. Glo. Kühn. Progr. Lps., litt. Staritz. — 12 pp. Apographum ho-

rum librorum Galeni cum Kühnio communicavit Bloch, qui illud e codice msto bibliothecae Hafniensis deprompserat.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera omnia.*

1490, f. mai. *Vol. I. f.* 1 *a* (*sign.* i): Tabula libro4 galieni qui in prio volumine ɔtinet' || *etc. F.* 5 *a*: Explicit tabula primi voluminis Galieni. *F.* 5 *b et* 6 *a vacant. F.* 6 *b praefatio*: Conspiciens sepe quosdam moderniores medicine auctores sibi ipsis || quod alienū est vēdicare: *etc. F.* 7 *a* (*sign.* aa ii) *rubro*: Galieni Pergamensis Medicorum omnium Principis Ope || ra Foeliciter inchoant. Et primo Liber de sectis: Instruēs || introducendos in Medicina quam sectam debeant imitari. *F.* 222 *a*: Explicit liber galieni qui communiter intitulatur liber || decem tractatuum ques transtulit magister nicolaus de || regio de calabria ad petitionem regis roberti. || Que in primo volumine continētur Galieni opera fe- || liciter expliciunt: venetijs per Philippum Pintium de || Caueto impressa. Anno. M. ccccIxxxx. die vero. xxvij. || augusti. Augustino barbadico Serenissimo veneto4 || principe. *Eadem pag. col.* 2: Ioāuis pet. Pintij mantuani carmen: in laudem || Galieni nuper integro volumine reparati. *F.* 222 *b*: Huius primi voluminis Registru3: secundu3 quod obseruari debet singularū carta4 || ordo: non autem secundum alphabetum eo quod totum peruerse confunditur: sic enim || ordinandi cuiuscunq3 librorum exigebat ratio. *Infra registrum et insigne typ. cum litteris* P. PHI. — *Vol. II. f.* 1 *vacat. F.* 2 *a* (*sign.* a) *incipit inscriptione columnae*: Liber primus De elementis. *Infra rubro*: Galieni principis Medicorum Liber de elementis foeliciter incipit. || Capitulum primu3 in quo inuestigat vtrum accipiendum sit elemen || tum ſm sensum: vel ſm naturam. *F.* 168 *a* (*sign.* A): Galieni medico4 principis Liber de ingenio sanitatis || incipit. Capitulum primū in quo ponit causam quare || tardauit componere hunc librum. *F.* 243 *b*: Explicit liber galieni ad glauconem. *Sequuntur* 6 *ff. contin. registrum.* —— Liber duabus columnis et nitide impressus est. Exemplar bibliothecae acad. Lips. hic descripsi, recedens ab *Haini* descriptione in Repertorio bibliogr. Vol. II. p. 430 no. 7427. Editor huius editionis fuit Diomedes Bonardus, cui L. Malatenus subsidia literaria suppeditavit. Rep. 1502 sq.

1502, f. mai. Pars prima — Pars secunda operum galieni impressione secunda. *In fine*: Huius consumatione omnia clauduntur hac sola impressione G. opera tali munita a Serenissimo Venetorum Ducali Dn̄o gratia et priuilegio, ut si q̄s ī decennium aliena fuerit ausus impressione deferre Venetias vel sub Venetorum dominium Galeni o.pa vel delata quomodo libet mercari noverit se decem ducator. penam pro eor. singulo volumine incurrisse. — Venetiis per Bernh. Benalium. *Voll. II.* —— Hier. Surianus hanc editionem curavit.

1511 (?), f. Tertia impressio operum Galeni. Papiae. *Voll. II.*

1515—1516, f. mai. Quarta Jmpressio ornatissima: continens omnes || Galeni libros al's impressos: melius q̄3 prius || ordinatos: ⁊ magis q̄3 antea emendatos. || Emittensq3 alios eiusdem libros nun- || quam cum alijs impressos: impres- || sione tamen dignos, doctri- || nam ipsius decorātes atq3 || perficientes: in tertio || volumine nouiter || imprimendo || contentos. ††† Cum gratia Et priuilegio. *In fine vol. I.*: Habes humanissime Lector hoc primū volumen operum Galeni artiū || ac medicine doc. prefulgētissimi, q̄3 plurimis erroribꝰ emedatū: ac omni || fere mēda (vt humanitus fieri potuit) purgatū: PAPIAE q3 summo cū || studio elaboratū, per IACOB Paucidrapius de Burgofrācho. Anno || domini. M. D. XV. pridie caleñ. Octobris. *Infra insigne typ.* — *In fine vol. II. f.* ccxcvi: En Lector candide: Hec sed'a operū Galeni medicoru3 principis- || collectanea: antea diuersis caracteribus confusa: nūc vero diluci- || da q̄3 accuratissime castigata: fideliq3 diligētia: ac summa arte ⁊ || industria solertis viri IACOB Paucidrapēsis de Burgofrancho- || excussa: In alma ⁊ inclyta ciuitate PAPIAE. Anno a virgineo partu. || M.D.XV. Idibus Octobris. *Infra insigne typ. ut in tomo primo. Sequuntur* 10 *non num. ff. indicem, et alia VI num. ff. Galeni parvam artem continentia. In fine vol. III.*: Habetis sacre philosophie ac medicie cultores cādidissimi in hoc Tertio praeclaro

volumine diuersa collectanea ope4 Ga- || ni medico4 Monarche, varijs versionibus di- || lucidata: exactissimaq3 cura per soler- || tē viru3 Jacob Paucidrapen- || sem: de Burgofrāco: || PAPIAE absoluta || Anno || A virgineo partu. M. D. XVI. Pridie idus Iunij. *Infra insigne typ., ut in celeris tomis.* —— Rusticus Placentinus hanc editionem curavit, et recepit versiones antiquas ex arabico sermone factas, et recentiores Laurentii Laurentiani, Nic. Leoniceni, Gu. Copi, omnes immutatas. Bibl. acad. Lips. nitidum ex. adservat.

1522, f. mai. Primi voluminis Galeni impressio quinta. Quinta et vltima Galeni īpressio cōtinēs omnes libros: quos prima, secunda et quarta continebat: verum longe melius q̄in vnq̄in antea dispositos: et emēdatos. Cui addita fuere secundū varias traductiones, omnia noua, quae in aliis impressionibus habentur. Ad lectoris autem prorsus ambiguitatem tollendam, ac omnium contentorum faciliorem inuentionem, pulcherrimus index in fronte cuiuscunque voluminis positus est, videlicet. *Sequuntur tituli primi voluminis Galeni. In fine:* Anno dñi 1522. die quinto Ianuarii Venetiis expensis Luce Antō. de giunta. Florentini. — Secundi voluminis impressio quinta. *In fine:* Venetiis Expensis D. Luce Antonii de giunta Florentini. Anno 1522. die quinto Ianuarii. — Tertii voluminis Galeni impressio quinta. *In fine:* Habetis sacre philosophie ac medicine cultores candidissimi in hoc Tertio preclaro volumine diuersa collectanea oper. Galeni medicorum Monarche variis versionibus dilucidata: exactissima cura, mandato et Expensis D. Luce Antonii de giunta florentini. Venetiis impressa anno a natiuitate dñi 1522. die 5. Ianuarii. —— Editor fuit Scipio Ferrariae. Volumen tertium ex praecedentis editionis volumine III. expressum est, ideoque post titulum Ructici Placentini dedicationem ad Symph. Campegium editor recepit.

1528, f. mai. Galeni operum impressio novissima summo labore diligētique studio ab innumeris ferme erroribus asserta: omnes tam veteres q̄in nouas interpretationes continet: ac quatuor voluminibus digesta est: eos libros habet: quos index sequenti pagina collocatus significabit. MDXXVIII. *In fine:* ... Praedicto ergo de pronosticatiōe libro finito totam terminari volumus partem primā operū Galieni: ea que naturalia nō naturaliave sunt cū eor. annexis apprehendentem: quam cum sequentibus correctam erroribusue q̄mplurimis emendatam: ut humanitus fieri potuit tibi tradidit Scipio Ferrarius Venetus nature sermocinator et minister rationaliū medicor. Venetiis. Expensis vero d. Luce Anto. de giunta Florentini Impressum. ... Secūdum Galeni volumen novissime post omnes impressiones exactius emendatum: ac longe magis quā vnquā antea in melius redactum: in quo res praeternaturales praecipue cōtinentur: queādmodum index a tergo huius pagine constitutus facillimo ordine demonstrabit. MDXXVIII. ... Galeni tertii voluminis impressio novissima: latina omnia eius in Hip. cōmentaria: nec non alia quedam eiusdē opuscula cōtinens. modo post oēs impressiōes exactis emēdata. Aphorismor. praeterea index ad Nicolai leoniceni trāslationē faciēs noviter additus. Opera autem que in hoc volumine comprehēduntur ex īdice qui a tergo huius pagine descriptus est lector optime sigillatim cognosces. MDXXVIII. — Quartum Galeni volumen in quo nove trāslationes: quecunque ad hanc usque diem in lucem exiere: nec in superioribus tribus continentur collecta sunt: opus aureum: summa diligentia: omnique studio nuperrime castigatum: atque unde quaque perpolitum: velut deinceps ab epistola positus index dilucide cōmonstrabit. MDXXVIII. —— Char. goth. Alia editio, quam sub a. 1533, *fol. Venet.* Choulant in Handbuch der Bücherkunde für ältere Medicin. (Lpz., 1828, 8) p. 70 indicat, non extat. Editiones Iuntarum variae, non exceptis commemoratis, prodierunt hoc tempore. Editio prima a. 1522, secunda a. 1528. Ex typographia Lucae Antonii Iuntae, qui novum editionum ordinem inceperat, prodierunt editio prima a. 1541, secunda a. 1550, tertia a. 1556, quarta a. 1565 (non 1563, ut Bandini eumque secutus Ebert indicant), quinta a. 1576, sexta a. 1586, septima ab a. 1597 usque ad a. 1600, octava a. 1609, nona a. 1625. Ackermann et Ebert secutus Bandinium, illumque deinde Choulant, male indicant editionem quintam a. 1570, quae nunquam prodiit, ideoque verum reliquarum editionum ordinem perturbant, ac decem indicant Iuntinas editiones. Choulant in illum errorem non incidisset, si *Renouardi*

Annales de l'imprimerie des Aldes editionem II. T. III. adhibuisset, ubi vera dilucide exposita sunt. Renouardi librum maximi habendum etiam Censor Choulanti in Litterarische Annalen der gesammten Heilkunde 1828, m. Decembr. p. 452 omisit inspicere, quamquam Choulanti errorem recte vidit, editionesque a. 1609 et 1625 recte indicavit.

1529, f. CLAUDII GALENI Pergameni Medicorum omnium fere principis Opera, nunc demum à clarissimis iuxta & eruditis uiris latinitate donata, iam uero ordine insto, & studio exquisitiore in lucem recens edita. Quibus, ut solidae ueraeq; medicinae, non poenitendam operam olim indulsisse iuuabit. Elenchum uersa pagella inuenies. BASILEAE ANNO M.D.XXIX. Cum gratia & priuilegio Caesareo. *In fine:* Basileae per Andream Cratandrum mense Martio M.D.XXIX. — Continentur in hac editione libri Erasmo interprete: Ad bonas artes exhortatio, De optimo docendi genere, Quod optimus medicus sit etiam philosophus; Th. Linacro interprete: De temperamentis, De inaequali intemperie; Methodi medendi. lib. XIV, De sanitate tuenda lib. VI, De natural. facultatibus lib. III, De pulsuum usu; Gu. Copo interprete: De locis affectis lib. VI, De morborum differentijs; De morborum causis; De symptomatum differentia; De symptomatum causis lib. III; Laurentio Laurentiano interprete: In Hippocratis praedictionum lib. III; Nic. Leoniceno interprete: In Hippocratis aphorismos lib. VII, Ars medicinalis, Artis curatiuae ad Glauconem lib. II, De differentiis febrium lib. II, De crisibus lib. II, de motibus musculorum lib. II; Antonio Fortolo interprete: De venarum arteriarumque dissectione lib. I, De nervorum dissectione; Theodorico Gaudano interprete: De ratione curandi per sanguinis missionem, De hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, scarificatione; Iona Philologo interprete: Medicarum definitionum liber I: I. Petro Valla interprete: Succidanea lib. I. Bibl. acad. Lips. *V.* 1561 sq.

1541, f. Galeni opera, latine ex variorum interpretationibus. Venetiis apud Iuntas. — Alii male hanc editionem sub a. 1540 et in 8 indicant. Haec est tertia Iuntarum vel prima Lucae Antonii Iuntae editio, atque ea, quae primum appellatur „*nostra editio.*“ *V.* 1528 et 1550.

1541—1545, 8. Galeni opera omnia, latine, in octo classes digesta. Venetiis, ex offic. Farrea. *Voll.* X. — Haec editio studio Victoris Trincavelli nec non industria August. Ricci prodiit. Notae in margine adiectae criticae sunt, indicesque usui accommodatissimi. In anno huius editionis indicando errant Ebert, qui 1541—1544 indicat, et Choulant, qui 1542—1544 indicat. Verum habet Choulanti censor in Litterarische Annalen der gesammten Heilkunde. 1828, m. Decemb. p. 452, quem ego secutus sum.

1542, f. Omnia Cl. Galeni, Pergameni, opera, quotquot apud Graecos in hunc usque diem extiterunt tum olim, tum non ita pridem hominum doctissimorum diligentia in latinam linguam conuersa, deinde recognita et pristinae integritati restituta, quibus praemissa est praefatio dedicatoria medicinae primam inuentionem eiusque incrementa, tum ipsam quoque Galeni vitam, ex eius operibus partim decerptam, prolixe depingens. Duplex praeterea adiectus est index totius operis. Basileae, apud Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium. M.D.XLII. *Tomi VIII.* — Haec editio ex Iuntina prima a. 1541 expressa et a. 1549 repetita est.

1549, f. Cl. Galeni opera quae ad nos extant, omnia, partim iam penitus recens a viris doctissimis in latinam linguam conuersa, et nunc multis recentissimis translationibus per Ianum Cornarium, medicum physicum, exornata: ab eodemque recognita ex toto et innumeris locis restitutis absolutissima. Accesserunt etiam nunc primum capitum numeri et argumenta per Conradum Gesnerum Medicum, in omnes libros, quae cum in alios multos, tum illos plerosque omnes, qui medicinae candidatis apprime necessarii lectu sunt, ita copiose ac methodice tractantur, ut legitimae epitomes instar haberi possint. His omnibus subiunctus est index foecundissimus, ab artis medicae peritissimo conscriptus. Basileae apud Frobenium. M.D.XLIX. *Tomi VIII.* — Ianus Cornarius hanc editionem curavit, atque in ordine librorum Galeni constituendo I. Bapt. Montanum et Iuntinas editiones sequutus est. Versiones aliorum ad contextum graecum contulit, multaque in iis correxit, restituit et supplevit; attamen in hac re non satisfecit. Versiones autem, quas ipse antea confecerat, emendatiores recepit, novas permultorum librorum confecit, quae in hac editione primum leguntur. Praeterea etiam Galeni libros addidit, qui hactenus in editioni-

bus desiderabantur. Argumenta capitum, ad contextum graecum, non ad latinas versiones confectas Conr. Gesnerus, adiutus a Martino Micronio, ubique addidit. *V.* 1542 et 1561 sq.

1550, f. Tomus primus operum Galeni, Complectens ea, quae ad corporis humani naturam, eiusque anatomen exquisitè cognoscendam, pertinent. Adiectis qvibvsdam ad commodam victus rationem necessariis. Elenchum librorum post Ioannis Baptistae Montani Praefationem reperies. — Tomus secundus operum Galeni, in quo de Sanitate tuenda, ac de morborum, symptomatum, & pulsuum differentiis, causis, signis & praenotionibus libri continentur. Eorum indicem versa pagina docebit. — Tomvs tertivs opervm Galeni, Medicamentorum Simplicium facultates, eorum compositionis rationem, varios detrahendi sanguinis modos, & artem morborum curatricem complectens. Librorum seriem versa pagina exhibet. — Quartus tomus operum Galeni, In quo insunt in Hippocratis De victus Ratione in morbis acutis libros, necnon in eiusdem Chirurgica & Aphorismos Commentarii. Hvic tomo adiecti sunt libri Spurii Galeno adscripti. Elenchus librorum altera pagina recensebitur. Lugduni, apud Ioannem Frellonium, M.D.L. *Voll. IV.* —— Haec editio ex altera editione Basileensi expressa est. Bibl. sen. Lips. *V.* 1554.

1550, f. Galeni Opera, latine, ex variis Interpretibus, septem voluminibus; cum Antonii Musae Brassavoli Indice. Venetiis, apud Iuntas. M.D.L. *Voll. VII.* —— In hac secunda Iuntarum editione, cuius curam Augustinus Gadaldinus in se suscepit, primum index copiosissimus ab Ant. Musa Brassavolo confectus prodiit. Praeterea haec editio in ceteris quoque auctior et emendatior quam priores est; et primo volumine, quae adhuc erant continua, a I. Bapt. Susio in capita divisa sunt. Nescio quomodo fieri potuerit, ut Choulant l. c. p. 71 (*v.* antea sub a. 1528) hanc edit. *Voll. III.* indicaret. *V.* 1528 et 1556.

1554, f. — Lugd., ap. I. Frellonium. *Voll. IV.* —— *V.* 1550. Alii editionem alteram *ib.*, a. 1536 editam esse putant; sed ea non extat.

1556, f. Galeni Opera, Latine. Editio tertia. Venetiis, apud Iuntas. *Voll. V.* — Huic editioni pauca quaedam, quae potissimum librum de consuetudine complent, a I. Bapt. Rasario addita sunt. *V.* 1550 et 1565.

1561 — 1562, f. Cl. Galeni Pergameni omnia, qvae extant, in latinvm Sermonem conversa. Qvibvs post svmmam antea adhibitam diligentiam, multum nunc quoq; splendoris accessit, quòd loca quam plurima ex emendatorum exemplarium collatione & illustrata fuerint & castigata. His accedvnt nvnc primvm Con. Gesneri Praefatio & Prolegomena tripartita, De uita Galeni, eiusq; libris & interpretibus. Ex III. Officin. Frobenianae editione. FRO || BEN. M. D.LXII. *In fine tomi I.:* Basileae in officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium. — *Tom. II. subscriptus est:* — FRO||BEN. Basileae MDLXI. *In fine:* Basileae in officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium, Anno M. D. LXI. —— Annum 1561 omnes reliquae VI classes, praeter primam, habent. Ob Conr. Gesneri prolegomena in Galenum haec editio omnibus fere praefertur. In textu Gesnerus editionem Iuntinam tertiam sequutus est. *V.* 1529.

1562, f. Galeni omnia, quae exstant, latine conuersa, diligentia et studio Io. Bapt. Rasarii emendata, nouo ordine, classib. scilicet VI. disposita, librorum nuper inuentor. aucta; acc. et illi, quos non classicos existimauit, nec non libri Galeno adscripti a Rasario tum noua interpretatione, tum plerisque correctionibus illustrati. Venet., apud Vincent. Valgrisium. *Voll. V.* —— Nova versio, in qua VI constitutae classes novo modo adornatae sunt.

1565, f. Galeni Opera omnia, Latine. Editio quarta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Ebert, Choulant et Schweiger (posterior illorum errores novis auxit) editionem quandam eamque quartam sub a. 1563 indicant, veram a. 1565 ignorant.

1576, f. — Editio quinta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Ebert, Choulant et Schweiger male aliam eamque quintam editionem sub a. 1570 indicant.

1586, f. — Editio sexta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Huic editioni accessere commentarius II. Galeni in librum II. Hippocratis de morbis vulgaribus. Galeni in libros Hippocratis de humoribus commentarii III. Libris singulis adiecta sunt loca quoque parallela ex Hippocrate, Avicenna cet. Praeterea Hier. Mercurialis

tractatio de Galeni libris, I. Bapt. Montani ad Luc. Ant. Iuntam de ordine librorum Galeni epistola, atque vita Galeni praefixa sunt. Editor fuit Io. Costaeus.

1597 — 1600, f. — Editio septima. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Alii editionem singularem et septimam sub a. 1597, aliamque ut octavam sub a. 1600 indicant. In edenda hac editione Fabius Paulinus versiones cum graecis codicibus et impressis libris contulit.

1609, f. — Editio octava. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Hanc esse octavam Iuntarum editionem, Renouard et Choulanti censor firmant.

1625, f. — Editio nona. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. VII.* —— Haec est postrema Iuntarum editio, atque praecedentibus praeferenda. Perperam Schweiger in Handbuch der class. Bibliographie. Griechen, p. 125 has duas posteriores editiones typographiae Valgrisii adscripsit.

Bb) *Plura opera.*

α) Sine a. notitia.

—, f. Galeni Opera aliquot, Latine c. c. per Leonh. Fuchsium. Paris. —— Sic editio in Catalogo bibl. Upsal. T. I. p. 322 indicatur.

β) Cum a. notitia.

1498, f. Galenus de inaequali distemperantia. Galenus de confirmatione corporis humani. Galenus de praesagitura. Galenus de praesagio. Galeni Introductorium. Galenus de succidaneis. — Georgio Valla Placentino interprete. —— Cum Nicephori Logicis aliorumque opusculis, ab eodem versis. *In fine:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam 1498. die ultimo Septembris. Rep. 1499.

1499, f. —— V. *ib.* *In fine:* Impressus Vicentiae Anno Salutis || M. cccc xcix. xvii. Kalendas Ianuarias per Henricum de Sancto || Vrso *etc.* Bibl. acad. Lips.

1505, 8. Iohannici ad thegni Galieni liber ysagoge cum libro Philareti de pulsibus et libro Theophili de urinis; accedunt Hippocratis libri afforismorum a Theodoro Gaza e greco in latinum de nouo translatorum. It. Hippocratis afforismi cum III libris pronosticorum eiusdem et IV. regiminis acutorum et IV. Tegni Galeni; nec non amphorismi (?) ad unam quamque egritudinem collecti, una cum aphorismis Io. Damasceni et flosculis medicinalibus ex Corn. Celso extractis. Lugduni per Fr. Fradin. —— Idem liber prodiit cum quibusdam Avicennae et novo tractatu Almansoris et collectis Iac. de Partibus, Venetiis per Pet. Bergomensem. 1507, 8.

1508, f. Nicolai Leoniceni in Libros Galeni e graeco in latin. ling. a se translatos Praefatio. Eiusdem in Artem medicinalem Galeni Praefatio. Galeni Ars medicinalis, Nic. Leoniceno interprete. Eiusdem Opus de tribus doctrinis ordinatis sec. Galeni sententiam cum praefatione. Galeni de differentiis Febrium Libri II, interprete Laur. Laurentiano. Venetiis per Iacobum Pontium de Leucho MDVIII. —— Rep. 1509.

1509, f. — Acced. Galeni in aphorismos Hippocratis, cum ipsis aphorismis, eodem Nic. Leoniceno interprete. *In fine:* Impressum per Ioannem Maciochium Ferrariae MDIX. quarto Cal. Maii.

A. F. *Naeke*: Tzetzae locus ad Hesiodum (Scut. Herc. 387) restituitur. — In Jahrbuch der Preuss. Rhein-Univ. zu Bonn. Vol. I. fasc. IV. p. 390 sqq. *V.* Callimachus. III.

H. Gabr. *Porthan*: Dissertatio sistens cogitationes quasdam de Pandora Hesiodea. Alesae, 1795, 4. — 24 pp.

I. *Posselii* Tabulae inventionis et dispositionis in Hesiodi opera et dies. Lips., 1603. 1615, 8. — Saepe recusae sunt.

Steph. *Riccii* Commentarius in Hesiodum. Lips., 1580. 1611, 8.

G. H. *Richtsteig*: De nostrae aetatis indole *etc.* Accedit excursus de aratro Hesiodeo et Virgiliano. Vratislav., 1821, 8. — Cum figg. 12 *Gr.*

Dav. *Ruhnken*: De Hesiodo, ex eiusdem epistola critica I. — In eiusdem Opusculis varii argumenti. Edit. alt. (LB., 1823, 8) p. 677 sqq.

— —: De Hesiodi Fragmentis, ex eadem epistola. — *Ib.* p. 579 sqq.

I. Conr. *Schaubach*: Progr. ad Hesiodi Opera et Dies I. 381—385. Meining., 1794, 4.

F. *Schlichtegroll*: Ueber den Schild des Hercules nach dem Hesiodus. Ein antiquarischer Versuch. Gotha, Ettinger. 1788, 8. — 148 pp. 10 *Gr.* Laudabilis disquisitio. Conf. gravem censuram in Neue Bibl. d. schön. Wissensch. Vol. XXVIII. P. II. p. 273—285, ubi censor versus 267—269, 151—153, 296—300 spurios, et versus 258—263 interpolatos esse iudicat.

(G. *Schubarth*:) Variae lectiones in Hesiodi Opera et Dies. — In *Villoisoni* Epistolis Vinariens. (1782, 8) p. 60—62.

Fr. *Sevin*: Conjectures sur quelques endroits de divers auteurs grecs (*Hesiod. Theog.* 328). — In Mém. de l'Acad. des Inscr. T. V. Hist. p. 153 sqq., ed. 8. T. III. Hist. p. 226 sqq., et in *Gottschedii* versione memorabilium germ. T. III. p. 286 sqq. et T. XI. p. 48 sqq.

— —: Correction sur un endroit d'Hesiode. — *Ib.* T. III. Hist. p. 130 sqq., ed. 8. T. II. Hist. p. 260 sqq., et in *Gottschedii* vers. T. II. p. 159 sqq. XI. p. 29 sqq.

F. K. L. *Sickler*: Kadmus *etc.* Abthl. I. Erklärung der Theogonie des Hesiodus. Hildburgh., Kesselring. 1818, 4. — 1 *Th.*

F. *Thiersch*: Ueber die Gedichte des Hesiodus, ihren Ursprung und Zusammenhang mit denen des Homer. München, 1813, 4. — Cf. Acta Philol. Monac. T. III. fasc. III. p. 389 sqq.

A. *Twesteni* Commentatio critica de Hesiodi carmine, quod inscribitur Opera et Dies, scripta ad impetrandos ab ampliss. ordine philos. Kiliensi summos in philosophia honores Kil., 1815, 8. — 74 pp. 12 *Gr.* Ex scriptoris sententia carmen constat duabus partibus epicis, quae fabulam de Prometheo v. 42—105, fabulamque de vitae humanae et fortunae corruptela v. 108—203 continent; deinde tribus partibus didacticis, quae cum illis prorsus non cohaerent, et quarum prima v. 10—41, 202—326 est paraenesis ad iustitiam diligentiamque exercendam, in secunda vero v. 383—693 de vitae subsidiis, agricultura et navigatione, atque in tertia v. 724—828 de bonis et malis diebus agitur. Duo alia carmina sunt v. 327—382, 694—723 et 724—764. Reliqua aut ab aliena manu aliqua aut ab rhapsodis inserta sunt. Conf. ephem. litt. Jenens. 1815. no. 219. p. 404 sqq.

Ed. *Platner*: Notiones iuris et iustitiae ex Homeri et Hesiodi carminibus explicitae. Marburgi, sumt. Kriegeri. 1819, 8. — XVI, 158 pp. 1 *Th.* 16 *Gr.* De Hesiodo a pag. 145—158 agitur.

L. *Wachler*: Ueber Hesiodus Vorstellungen von den Göttern der Welt, den Menschen und den menschlichen Pflichten. Rinteln, 1789, 4.

— —: Anmerkungen und Wortregister zu Hesiods moralischen und ökonomischen Vorschriften. Lemgo, Meyer. 1792, 8. — 12 *Gr.*

Olai *Wormii* Quaestionum Hesiodearum libri IV. Havn., 1616, 4.

I. I. *Zimmermanni* dissertatio de religione Hesiodi. — In Museo Helvet. T. VII. p. 359 sqq.

HESYCHIUS Milesius.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 542 sqq.; *ed. n.* T. VI. p. 201 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Integrum opus.*

α) *Sine a. et l. notitia.*

—, f. HESYCHII Dictionarium locupletissimum ea fide ac diligentia excusum, ut hoc uno ad veterum autorum fere omnium ac poetarum in primis lectionem iusti commentarii vice uti quivis possit, et plane nihil sit, quod ad rectam interpretationem desiderari hic queat. —— 1 *f.*, et 776 pp. Titulus novus editionis Haganensis, itaque typis recusa sunt immutate *f.* 1 et 8, et *f.* ult. omissum est.

β) *Cum a. et l. notitia.*

1514, f. ʽΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. || HESYCHII DICTIONARIVM. *Infra Aldi insigne typ. iuxta:* ALDVS || M. R. *Haec f. 1 a. In fine f.* 195 *a:* a b c d e f g h i k || l m n o p q r ſ t u || x y z A B. || — Quaterniones omnes || praeter ultimum ternionem. || — Venetiis in Aedibus Aldi || & Andreae Soceri Mense || Augusto. M.D.XIIII. *In pag. versa f. ultimi insigne Aldi typ., idem quod in titulo est.* —— 196 non num. *ff.* Editio princeps, facta e codice msto unico, qui Venetiis bibl. St. Marci adservatur. Sed Musurus editor textum temere interpolavit, et editio ipsa vitiis typographicis laborat. Alius seculi XII. codex mstus in bibl. Florent. Medicea adservatus fuisse dicitur in Allgem. litter. Anzeig. 1796. p. 292 sq. Bibl. acad. Lips.

1520, f. ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. HESYCHII DICTIONARIUM. *In calce:* Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M.D.XX. quinto Idus Augusti, Leone X. Pont. Max. —— 155 num. *ff.*, et 1 *f.* cum lilia, insigne Iuntarum typ. Hanc Aldinae editionis repetitionem, quae negligenter facta est, ut viderem mihi non contigit.

1521, f. ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. HESYCHII DICTIONARIVM. *In fine f. ult.:* Hagenoae, in aedibus Thomae Anshelmi Badensis. Anno Salutis M.D.XXI. Mense Decembri. —— 1 *f.*, et 776 pp., et 1 *f.* cum insigne typ. Aldinae editionis emendata repetitio.

1668, 4. ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. Cum Variis Dictionum virorum Notis vel editis antehac vel ineditis, Julii Scaligeri, Salmasii, Palmerii, Guieti, Sopingii, Cocceii, Gronovii, Tanaq. Fabri, &c. Accurante Cornelio Schrevelio. Accessit Ioh. Pricaei Index Auctorum, qui ab Hesychio laudantur. Lugd. Batav. et Roterod. Ex Officina Hachiana. Ao. 1668. —— 5 *ff.* praefixa, 1003 pp. Est Aldinae editionis repetitio. Bibl. acad. et sen. Lips.

1746 — 1766, f. ʽΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. HESYCHII LEXICON, cum Notis doctorum Virorum integris, vel editis antehac, nunc auctis et emendatis, Hadr. Iunii, Henr. Stephani, Ios. Scaligeri, Claud. Salmasii, Iac. Palmerii, Franc. Guieti, Godefr. Sopingii, Ioh. Tungeri, Ioh. Cocceii, Ioh. Fred. Gronovii, Ioh. Casp. Suiceri, Tanaqv. Fabri, Corn. Schrevelii, Ed. Bernardi, etc. vel ineditis, Henr. Valesii, Dan. Heinsii, Phil. Iac. Maussaci, Tho. Brunonis, Is. Vossii, Ioh. Viti Pergeri, Tho. Munckeri, Marci Meibomii, Ioh. Verrorii etc. in primis Ludolphi Kusteri, Tiber. Hemsterhusii, Ioh. Chr. Biel, etc. praeter Selectas Ioh. Iensii, Dan. Wilh. Trilleri, Geo. d'Arnaud, Frid. Lud. Abresch, etc. Ex Autographis partim recensuit, partim nunc primum edidit, suasque Animadversiones perpetuas adiecit Ioh. Alberti, cum Eiusdem Prolegomenis et adparatu Hesychiano. Lugd. Bat., ap. Sam. Luchtmans. *Tomi II.* —— Omnium praestantissima editio. Sed dolendum est, Albertium in usum suum convertere non potuisse Ricardi Bentleii Schedas relictas, quae magni aestimandae esse dicuntur. Ceterum Albertius, morte abreptus, editionem absolvere non potuit, quod Ruhnkenius fecit.

Bb) *Delectus.*

1785, 8. Glossae sacrae HESYCHII, graece. Ex universo illius opere in usum interpretationis libr. sacr. excerpsit, emendavit, notisque illustravit Io. Chr. Gottl. Ernesti. Accesserunt praeter dissertationem de glossis sacris Hesych. glossae gr. in psalmos ex catal. mstorum bibl. taurinens. denuo editae. Lips., apud Weidmanni hered. et Reichium. MDCCLXXXV. —— XXXII, 306 pp. et 11 *ff.* 1 *Th.* 12 *Gr.*

1792, 8. Hesychii Lexicon ex codice ms. bibliothecae D. Marci restitutum et ab omnibus Musuri correctionibus repurgatum sive supplementa ad editionem Hesychii Albertinam. Auctore N. Schow. Lips., in officina Weidmannia. MDCCXCII.

—— XX, 803 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.*, ch. scr. 3 *Th.* 12 *Gr.* Illos locos Schow e codice msto exhibet, quos Marrus Musurus mutavit, utrumque e regione posuit.

II. *Illustrantia Hesychium scripta.*

( ) Animadversiones ad Hesychium. —— In Miscellaneis Observationibus. Vol. II. T. I. p. 14 sqq. Vol. III. T. III. p. 325 sqq.

F. L. *Abresch*: Animadversiones ad Hesychii quaedam loca. —— In Miscellaneis Observat. Vol. V. T. I. p. 81 sqq. T. III. p. 79 sqq. Vol. VI. T. I. p. 269 sqq. T. II. p. 397 sqq. Vol. VII. T. II. p. 293 sqq. Vol. X. T. I. p. 1 sqq. 55 sqq., et in Miscellaneis Observatt. novis. T. I. p. 63 sqq.

I. *Alberti* Observationum criticarum in Hesychium Specimen. —— In Bibl. Bremensi, Class. VIII. fasc. I. p. 149 sqq.

— —: Periculum criticum. In quo loca quaedam cum Veteris ac Novi Foederis, Tum Hesychii & Aliorum, illustrantur, vindicantur, emendantur. Lugduni Bat., Apud Joh. Arn. Langerak, MDCCXXVII. 8. —— 15 *ff.*, 106 pp. et 3 *ff.*, quae indicem capitum et catalogum librarii continent.

— —: Miscellanea critica in glossas nomicas, Suidam et Hesychium. —— *V.* eius Glossarium Graecum in Sacros Novi Foederis libros. (Lugd. Bat., Apud Sam. Luchtmans. 1735, 8) p. 295 — 321.

Georgii *d'Arnaud* Lectionum liber ad Hesychium. —— *V.* eiusdem Lectionum graec. libros II. (Hagae Comit., 1730, 8) p. 1 — 134.

Gratiani *de S. Bavone* Observatio in Hesychium. —— In Miscellaneis Observatt. Vol. I. T. III. p. 421 — 425. Vol. III. T. III. p. 445 — 452. Vol. IV. T. I. p. 91 — 102. T. III. p. 457 sqq.

E. H. *Barker*: Hesychius vindicated. —— In Diario class. no. XI. p. 190. LXVIII. p. 249 sqq.

— —: Epistola ad G. H. Schaeferum de quibusdam Hesychii et Etymologici M. Glossis. —— *Ib.* no. XXIV. p. 393 — 410.

Rich. *Bentleius*: Emendatur Hesychius. —— In eiusdem Epistola ad I. Millium, praefixa Ioannis Malalae Historiae Chronicae. Oxon., 1691, 8.

I. Ch. *Biel*: Specimen Hesychii Sacri. 17..? —— Ernesti in praefat. ad glossas Hesychii sacras p. VIII. dicit, scriptionem hanc, octo paginas continentem, ut videret sibi nunquam contigisse; etiam mihi non contigit.

Lamb. *Bos*: Animadversiones ad Hesychium. —— *V.* eius Animadversiones in Scriptores graecos. (Franek., 1715, 8) p. 123 — 138.

Pet. Pauli *Dobree* Notae in Hesychium. —— *V.* eius Adversaria. (Cantabr., 1831, 8) p. 580 sqq.

I. A. *Ernesti*: De Glossariorum graecorum vera indole et recto usu in interpretatione disputatiuncula. Lips. 1742, 4. —— Rep. in eiusdem Opusculis varii argumenti. (Lips., 1794, 8) p. 61 — 93, et Tomo VI. Temp. Helvet. et in Alberti editione Hesychii T. I.

I. Ch. Gli. *Ernesti*: De glossis sacris Hesychii dissertatiuncula. Lips., 1782, 4. —— 26 pp. Rep. in eiusdem epitome Hesychii glossarum sac. p. XVIII sqq.

Gf. *Faehse*: Observationes criticae in Hesychii lexicon. —— Cum eiusdem observationibus critt. in Plutarchi opera. (Lips., 1820, 8) p. 43 sq.

Isebr. Eil. *Harkenrothii* Sicilimentorum ex Hesychii glossis Manipulus primus. —— In Miscellaneis observatt. Vol. X. T. II. p. 311 sqq. T. III. p. 321 — 335.

I. *Iensii* Lucubrationes Hesychianae. Observata de stylo Homeri. Vetera epigrammata graeca anecdotis prodeuntia. Roterod., Typis Iani Dan. Beman. 1742, 8 mai. —— Conf. Nova Acta Eruditor. 1745, m. Ian. p. 16 sqq.

Ménage: Corrections d'Hesyche. —— In eiusdem Observations sur Malherbe. (1666) p. 396.

I. Viti *Pergeri*, Q. Septim. Flor. *Christiani*, Casp. *Barlaei*, et Ed. *Bernardi* Notae et Emendationes in Hesychii Lexicon ineditae. —— In *I. Chph. Wolfii* Anecdotis. T. IV. p. 172.

C. Ferd. *Ranke*: De lexici Hesychiani vera origine et genuina forma commentatio. Lips. et Quedlinb., sumptibus librariae Bekerianae. 1831, 8. —— 145 pp. In hac scriptione p. 1 — 7 de historia Lexicographorum critica neglecta agitur; cap. I. p. 8 — 21 criticorum de lexico Hesychiano opiniones potissimae recensentur; cap. II. p. 22 — 28 Hesychii ad Eulogium epistola, graece cum notis criticis; cap. III. p. 29 — 33 iudicium de epistolae scriptore ex eius scribendi genere adumbratum exhibetur. Cap. IV. de Diogeniano lexicographo agitur, et quidem §. 1. p. 34 — 50 disputatur de eo, quod Diogeniani lexicon inest in Hesychiano; §. 2. p. 51 — 67 de Diogeniani nomine, aetate et scriptis; §. 3. p. 67 — 71 de Diogeniani lexico. Cap. V. §. 1. p. 72 — 79 disputat Ranke

de Pamphili glossis a Diogeniano excerptis, et §. 2—4. p. 103—119 de Athenaei fontibus: et quomodo iis usus sit; §. 5. p. 120 — 127 revertens ad Pamphilum agit de iis grammaticis regulis, quae in Scholiasta Ven. quidem Homeri et Etymologico M., sed non in Hesychii lexico commemorantur, §. 6. p. 128—131 de Diogeniani epitome, et Scholiast. ad Hom. Iliad. *v.* v. 576 explicat. §. 7. p. 131—133 exponitur causa, ex qua Photius et Hesychius Pamphilum non commemorent. §. 8. p. 133 — 136 Diogenianum Apollonii lexico Homerico et Didymi lexico usum esse probatur. Cap. VI. p. 137—142 de Hesychio lexicographo lexicique eius hodierna forma disputat Ranke. P. 143—145 addenda et 1 pag. corrigenda exhibentur.

Dav. *Ruhnkenii* Praefatio ex Editione Hesychii Albertini Vol. II. —— Rep. in eiusdem Opusculis varii argumenti. edit. alt. (LB., 1823, 8) p. 186 sqq.

— —: Disputatio de festis Dionysiorum apud Atticos (ex Auctario emendationum ad Hesychium). —— *Ib.* p. 220 sqq.

I. F. *Schleusner:* —— *V.* Suidas.

Nic. *Schow:* Epistolae criticae, quarum una scripta est ad Ch. Glo. Heynium; altera ad Th. Ch. Tychsenium. Rom., 1790, 4. —— In priore epistola Schow descripsit codicem mstum lexici Hesychiani atque mutationes et interpolationes Musuri; deinde p. 13—29 specimina ex littera A, et p. 30—47 partem litterae K secundum codicis lectionem et editionis Albertinae dedit.

I. Sal. *Semleri* notitia splendidissimae lexici Hesychiani editionis, quae inter Batavos prodire coepit, et specimen animadversionum. Hal., 1749, 8.

I. *Taylor*: Indicantur duo fontes mendarum, quibus scatet Glossarium Hesychianum, et emendatur multis locis. —— *V.* eius Lectiones Lysiacas, praefixas eiusdem editioni Lysiae.

I. *Toup*: Emendationes in Hesychium. —— *V.* eius Emendationes in Suidam.

D. W. *Triller*: Hesychianarum emendationum Spec. novum. Francof., 1742, 8.

L. Casp. *Valckenaer*: Glossae sacrae ex Hesychio. Commentationes III. Franeq., 1737, 4. —— Rep. in eiusdem Opusculis philol., crit., oratoriis. (Lips., G. Fleischer. 1808, 8) T. I. p. 173—202.

— —: Observationes ad aliquot Hesychii λέξεις Ὁμηρικάς. —— In Miscellaneis Observatt. T. VIII. P. I. p. 148 sqq., et rep. in eiusdem Opusculis philol., crit. oratoriis. T. I. p. 203—234.

de Villoison: Collatio Editionis Aldinae Hesychii cum apographo Bardelloniani codicis, ex quo ea editio derivata est. —— *V.* eius Anecdota. T. II. p. 256 sqq. De mutationibus et interpolationibus Musuri agit de Villoison.

S. *Wyngaarden*: Emendationes Hesychii. —— *V.* eius Observationes criticae, in Actis Soc. Litt. Rheno-Traiect. T. I.

HESYCHIUS Milesius s. Illustris.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 240 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 544 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1613, 8. HESYCHII Milesii Viri Illustris, Opuscula, partim hactenus non edita. Ioannes Meursius Graece ac Latine simul primus vulgavit, cum Notis. His adjecta Bessarionis Epistola Graecobarbara. LB., Ex officina Godefridi Basson clɔ. Iɔ. c. XIII. —— 4 *ff.* praefixa, 64 et 295 pp. Meursius. —— Quae in hac editione continentur, sunt: Hesychij Milesij (!) v. Illustris, de Viris doctrina claris, Liber. Ejusdem De Rebus patrijs Constantinopoleos Bessarionis Epistola Graecobarbara. Hadr. Iunij ad priorem Hesychij librum Castigationes. Henrici Stephani ad eundem Annotationes. Ioannis Meursij ad omnia & singula Notae. Fragmentum de rebus patriis Constantinopol. primus sub nomine Hesychii integriusque e codice msto Palatino publicavit. Rep. sunt omnia in Meursii Operibus (Flor.) T. VII. p. 201 sqq. Ab omnibus litteratis titulus non satis adcurate indicatus est.

1820, 8. Hesychii Milesii Opuscula duo quae supersunt I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos, et Cardinalis Bessarionis Epistola de educandis filiis Ioannis Palaeologi lingua graeca vulgari scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Iunii, Henr. Stephani, Ioa. Meursii, Pet. Lambecii, Gisb. Cuperi, Frid. Iac. Bastii aliorumque et suis illustravit Io. Conr. Orellius. Accedunt *Anonymi* scriptoris Latini Topographia urbis Constantinopolitanae cum notis Guidon. Pancirolli et Christ. Gottl. Heynii Pars Commentationum de Antiquitatibus Byzantinis quae ad Hesychium illustrandum pertinet, cum indicibus necessariis. Lips., in libr. Weidmann. ——

VIII, 393 pp. 1 *Th.* 18 *Gr.* Quae usque ad Orelli tempus de Hesychii scriptis prolata sunt ad ea vel illustranda vel emendanda, etiam Fabricii notitiam litterariam de Hesychio editor recepit. Textus graecus multis locis emendatus est. Indices additi quatuor usum libri facilem reddunt.

Bb) *Singula opera.*

1) De viris doctrina claris.

1572, 8. Ἡσυχιου Μιλησιου ἰλλουστριου, περι των ἐν παιδειᾳ διαλαμψαντων σοφων. (*Graece*) Ex bibliotheca Io. Sambuci. Antverp., I. Plantin. 1572. *Versio lat. singulari tit.*: Hesychii Milesii, Illustrii cognomento, de his qui eruditionis fama claruere liber, Hadriano Iunio interprete. Antverp., I. Plantin. 1572. *Tomi II in I vol.* —— Iunius versioni annotationes et castigationes adiecit.

1593, — 1615, — 1616, 8. Hesychii Ill. de Philosophis et de aliis Scriptoribus. Graece et Latine. —— Cum Diogene Laertio. V. *ib.* I. Aa).

2) De originibus CPoleos.

1596, — 1697, 8. De originibus et rebus patriis Constantinopoleos Fragmentum. Graece et Latine. —— Cum Codino. V. *ib.* I. Primus quidem Georgius Douza hoc fragmentum edidit, sed sub Codini nomine. Meursius verum auctoris nomen primus invenit, ut supra adnotavi.

1648, f. — graece et latine. —— In Eclogis historiae de rebus Byzantin. Paris., e typ. Regia. Est volumen I. collectionis Byzantinorum Paris. Expressum est fragmentum ex Meursii editione.

1729, f. —— *Ib.* Venet., e typ. Ianarina. Ex praecedente editione expressum est fragmentum.

II. *Illustrantia Hesychium scripta.*

( ) Coniectura de Hesychio Milesio. —— In Diario class. no. XVIII. p. 585 — 587.

F. J. *Bast:* Variae lectiones in Hesychii Illustris librum de condenda Cstantinopoli, ex codice unico Palat. enotatae. —— In eiusdem Epistola critica. *V.* supra Antoninus Liberalis. II. Lectiones et ipsas Orelli in suam editionem recepit.

Iust. Ch. *Thorschmidii* Dissertatio de Hesychio, Illustri, christiano. Witteb., 1716, 4. —— Rep. est in prolegomenis Alberti ad Hesychii Alex. lexicon. Vol. I., et in Orelli editione Hesychii Milesii.

HESYCHIUS Presbyter.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 243 sqq. IX. p. 24 sq. XIII. p. 753.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1563, 8. Ἡσυχιου Πρεσβυτερου τα εὑρισκομενα. Hesychii Presbyteri opera quae extant. Graece. —— Cum Marco Eremita. Paris., ap. Gu. Morelium.

Bb) *Opera singula.*

1) Sermones.

Plures.

1a) De laudibus Mariae.

1565, 8. Hesychii sermones II. de laudibus Mariae. Graece et Latine, Pico interprete. —— Cum Epiphanio. V. *ib.* I. Bb) 6).

1624, f. —— In Auctario Bibl. PP. T. II. p. 417 sqq.

2b) De resurrectione.

1648, f. Hesychii sermones de resurrectione Iesu Christi, et qua hora crucifixus est Dominus. Graece cum versione Latina et notis Franc. Combefisii. —— In eiusdem Bibliothecae PP. Auctario novo. T. I. p. 743 sqq.

2) Quaestiones.

1686, 4. Hesychii Collectio quaestionum, excerpta ex eiusdem evangelica consonantia, Graece, cum versione Latina, et notis Io. Bapt. Cotelerii. —— In eiusdem Monumentis Eccles. Graec. T. III. p. 1—53.

3) Sententiae.

1624, f. Ἡσυχιου πρεσβυτερου Ἀντιῤῥητικα και Εὐχτικα, sive Sententiarum Centuriae II, ad Theodolum de Temperantia & Virtute. Graece et Latine. —— In Auctario Bibl. PP. (Paris.) T. I. p. 985 sqq.

4) Capita.

1602, 4. Ἡσυχιου στιχηρον sive Κεφαλαια in XII Prophetas Minores & Esaiam. Graece. —— Cum Adriani

Isagoge. Etiam in Criticis Sacris, edit. Francof. T. VI., et edit. Amst. T. VIII. p. 26 sqq. Extat etiam sub titulo: sermo de temperantia et ratione reluctandi et precandi.

II. *Editiones versionum.*

Aa) *Opera omnia.*

1563, 8. Hesychii Presbyteri opera, Latine, Ioanne Piso interprete. —— Cum Marco Eremita. Lutet., excudebat Audoëno Fed. Morellus.

1677, f. Isychii siue Hesychii, Presbyteri Hierosolymitani, Opera, Latine. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. XII. p. 52—205.

Bb) *Plura opera.*

1618, f. Hesychii siue Isichii Episcopi Hierosolymitani in Leviticum libri VII, sermones II de B. Virgine, serme de S. Iacobo fratre Domini, sermo de temperantia et ratione reluctandi et precandi, Latine. —— In Bibl. PP. (Colon. Agripp.) T. VII. p. 1 sqq. Homilia utraque de S. Maria Deipara etiam latine extat in Bibl. PP. Paris. a. 1575.

Cc) *Opera singula.*

1) In Leviticum.

1527, f. Isychii Presbyteri Hierosolymorum, in Leviticum Libri Septem. Invenies, optime Lector, interpretationem istam Isychii sic temperatam, ut quum uulgatae aeditioni Hieronymianae omnia conueniant, itentidem tamen LXX. testimoniis utatur, ut tralationes utraeque inter se commixtae planius faciant, quod alterutra consequi nullo pacto poterat. Fruere ergo hoc nostro munere recens à situ eruto & Vale. *Infra insigne typ. infraque: Cum gratia et privilegio Caesareo. Haec f. 1 a. In fine:* Basileae apud Andr. Cratandrum, Mense Martio Anno M.D.XXVII.

1581, 8. — Paris.

2) Oratio.

1589, f. Hesychii Presbyteri Hier. de Sancta Maria Deipara Homilia, Piso interprete. —— In Bibl. PP. T. II. p. 40 sqq. Haec oratio in supra commemorata editione Bibl. PP. Colon. prior est.

Dd) *Excerpta.*

1528, 4. Ex scriptis Isichii, de genuino eucharistiae negotii intellectu & usu. Edidit Hiob Gast. —— In eiusdem Libello ex scriptis vetustissimorum orthodoxorum Patrum. Haganoae, Io. Secerius.

HIEROCLES.

1537, 4. Hieroclis Veterinariae Medicinae fragmenta CVII. Graece. —— In: Veterinariae Medicinae libris II. Basil., Vualder. De Hierocle v. Needhami prolegom. ad Geopon. p. LIX sq. l. Ruellii versio latina eiusdem collectionis, ubi etiam Hieroclis fragmenta latine leguntur, prodiit *Paris., Colinaeus.* 1530, *f.* Italice haec collectio prodiit *Venetiae* 1548, 8.

HIEROCLES Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 466 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 791 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1654 — 1655, 8. *ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.* HIEROCLIS Philosophi Commentarius in Aurea Pythagoreorum Carmina. IOAN. CURTERIO Interprete. Londini, ex officina Rogeri Danielis, apud Ioann. Williams sub signo Coronae, in Coemeterio D. Pauli. MDCLIV. — HIEROCLES de Providentia et Fato: una cum Fragmentis eiusdem; et Lilii Gyraldi Interpretatione Symbolorum Pythagorae; Notisque Merici Casauboni ad Commentarium Hieroclis in Aurea Carmina. (*Cum Joan. Pearsonii Prolegom. de editione, auctore et opere.*) Londini, ex officina Rogeri Danielis, apud Ioann. Williams sub signo Coronae, in Coemeterio D. Pauli. MDCLV. *Voll. II.* —— 17 *ff.* praefixa, 433 pp. et 1 *f.* errata contin.; 32 *ff.* et 271 sqq. Insunt in vol. I., praeter in titulo indicata opera, Pythagorae carmina aurea, eiusdem fragmenta quaedam metrica, item epistola et symbola, atque Hieroclis vita; in eiusdem commentarium Th. Marcilii adnotationes, Sylburgii notae, atque Hieroclis facetiae notis illustratae. Rep. 1673.

1673 (*non* 1675), 8. — London. Printed by J. R. for J. Williams in Cross-keys Court in Little Britain, and are to be

sold by Henry Dickinson of Cambridge Bookseller 1673. *Voll. II.* —— 32 *ff.* 271 pp.; 16 *ff.* 215 pp. et 4 *ff.* 4 *sh.* Haec est secunda editio, sed minus correcta.

1709, 8. HIEROCLIS Philosophi Alexandrini Commentarius in Aurea Carmina, de Providentia et Fato, quae supersunt, et reliqua Fragmenta, Graece et Latine. Graeca cum MSS collata castigavit, Versionem recensuit, Notas et Indicem adjecit Pet. Needham, S. T. B. Coll. D. Ioannis Cantabr Socius. Cantabrigiae: Typis Academicis, impensis A. et I. Churchill, Bibliopolarum Londinensium. MDCCIX. —— 16 *ff.*, 467 pp. et 10 *ff.* 4 *sh.* In ch. m. exemplar quoddam vendebatur 2 *L.* 16 *sh.*, alia etiam minoris pretii. Omnium locupletissima editio; sed in textu Needham multa temere mutavit. Editioni adiungenda est I. Ch Wolfii dissertatio, infra III. laudata.

Bb) *Plura opera.*

1673, 12. Aurea PYTHAGOREORUM Carmina et in, ea HIEROCLIS Philosophi Commentarius. Graece Latine Ioan. Curterio interprete. Cantabrigiae apud Henr. Dickinson. CIↃIↃCLXXIII. *Insunt etiam pag.* 395 — 413: *ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΑΣΤΕΙΑ.* HIEROCLIS Philosophi Facetiae; de priscorum studiosorum dictis et factis ridiculis, una cum aliquibus in easdem Annotationibus. Londini, ex officina Iohannis Redmayne. MDCLXXIII.

Cc) *Singula opera.*

1) Commentarius.

aa) *Integer.*

1583, 12. HIEOROCLIS Philosophi Commentarius in aurea Pythagoreorum carmina graece et latine Ioan. Curterio interprete, ex Bibliotheca D. Francisci Rupilucaldij Randani, Trenorchij Abbatis. Parisijs apud Nicolaum Niuellium. — Sic editio in Collectione in unum corpus omnium librorum, qui in nundinis Francof ab a. 1564 usque ad nundinas Autumnales a. 1592 venales extiterunt, indicatur. (Francof. 1592, 4) p. 480.

1742, 8 mai. HIEROCLIS, Philosophi Alexandrini, in Aurea Carmina Commentarius. Graece et Latine. Graeca accuratius nunc recognita, et ad MSS. Codicum fidem exacta, plurimisque in locis è Gudiana Medicaei Codicis collatione emendata, Una cum Notis subjunctis (*C. Ashtoni*). Edidit R(*ich.*) W(*arren*). S. T. P. Coll. Iesu Cant. nuper Socius. Londini, typis Iac. Bettenham, impensis Gul. Thurlbourn, Bibliopolae Cantabrigiensis, veneunt apud I. Nourse, P. Vaillant, I. Beecroft. —— 15, 319 pp. et 6 *ff.* Haec nitida editio magni habitam textus recognitionem continet, qua mutationes temere factae reiiciuntur. Etiam versio latina multis locis castigata magisque ad textum graecum accommodata est. Conf. Nova Acta Erudit. 1747. m. Febr. p. 66 sq. Bibl. acad. Lips.

bb) *Delectus.*

1824, 8. Des Hierocles Erklärung der fünf ersten Verse des Pythagorischen goldenen Gedichtes, nebst metrischer Uebersetzung, und dem Originaltext der pythagorischen goldenen Sprüche. *Progr.* Mannheim. —— 39 pp.

2) Facetiae.

aa) *Integrae.*

α) *Sine a. notitia.*

—, 8. Hieroclis facetiae de priscorum studiosorum dictis et factis ridiculis, nunc primum editae (*graece et latine*) cum notis et variis variorum auctorum characteribus et notationibus scholasticorum. Lubduni (i. e. Lupoduni). —— 12 *ff.* De huius editionis principis et rarissimae, quae a. 1605 prodiit, editore lis est; alii eum Goldastum, alii autem Marquardum Freherum fuisse putant. Ex Struvii in Actis litter. T. I. fasc. VI. p. 63 prolatis verbis: „*Hieroclis* facetiae cum notis prodierunt Lugduni 1605. Notae sunt Goldasti vel potius Marqu. Freheri, ut ipse mihi retulit" nihil certi elicere potest.

β) *Cum a. notitia.*

1605, 8. — graece et latine. Lips., apud Voegelinum.

1614, 8. — graece et latine. —— In *Alberti Molnari* Lusibus Poeticis. (Hannoviae.) p. 150 sqq.

1747, 8. — graece et germanice. —— In *Abrah. Kriegelii* Delectionibus graecis. Lips.

1750, — 1768, 8. HIEROCLIS philosophi apud Alexandrinos quondam celeberrimi Ἀστεῖα graece et latine. Nunc denuo ad editionem Cantabrigiensem recensuit I. Adam Schier. Lips., Sumtibus I. Georg. Loewii. —— LVI pp. 3 *Gr.*

1789, 16. Hierocles Schnurren, mit einem griechisch - deutschen Wortregister für Anfänger, und einer deutschen Uebersetzung. Leipz., Wienbrack. —— 54, 56 pp. 9 *Gr.* Versio germanica etiam separatim venditur pretio 3 *Gr.*

1768, 4. Hieroclis Facetiae, graece et latine, cum prolegomenis et Notis. —— In *Iac. de Rhoer* Observationibus philol. (Groningae.) p. 61—108.

1812, 8. Les Facéties d'Hiéroclès, en grec, avec une traduction française (*par Ad. Coray*). Paris. —— Sic editionem indicat Quérard in libro: La France littéraire T. IV. p. 106.

bb) *Delectus.*

1776, 8. Hieroclis facetiarum delectus, cum notis. —— In *F. Andr. Strothii* Ἐκλογαι sive Chrestomathia graeca. (Quedlinb., Biester.) p. 16—22. Chrestomathia repetita est a. 1780 et 1792.

1791, — 1797, 8. Delectus Hieroclis facetiarum. —— In *Dalzelii* Collectaneis graecis. Haec collectio saepe repetita est.

3) De providentia et fato.

1597, 8. Hieroclis philosophi Alexand. de providentia & fato, déque liberi arbitrii cum divinâ gubernatione convenientiâ, Commentarius, in Compendium redactus, & nunc primùm Graecè & Latinè editus; ex fide Graeci codicis vetusti, è bibliothecae Medicaeae penu eruti; interprete Fed. Morello. Lutetiae, apud Fed. Morellum. —— In tituli pagina versa exhibetur Fed. Morelli ad Iacobum Davy episcopum Ebroicensem epistola, quae tamen in nonnullis exemplaribus omissa est et loco eius positum Scutum Franciae his verbis: PIETATE ET IUSTITIA, de quo insigni lege Histor. Typogr. aliq. Parisiens. p. 118.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1) Commentarius.

1474, 4. *F.* 1 *a:* Ad Nicolaum Pontificem V. Aurispae In Hieroclem Praefatio. *Illa finita legitur:* HIEROCLIS PHILOSOPHI STOICI ET SANCTISSIMI IN AVREOS VERSUS PYTHAGORAE OPUSCULUM PRAESTANTISSIMUM ET RELIGIONI CHRISTIANAE CONSENTANEUM INCIPIT. *In fine f.* 91 *a:* Finis Laus Deo Amen. Duce Virtute et Comite Fortuna. *F.* 91 *b:* Hieroclis Philosophi Stoici Et Sanctissimi In Aureos Uersus Pythagorae Opusculum Praestantissimum Et Religioni Christianae Consentaneum Hic Feliciter Completum Est Ac Impressum. Anno Christi. M. CCCC. LXXIIII. Patavii. XV. kalendas Maias. Bartholomaeus De Val de Zoccho F. F. Telos. —— Char. rom. 91 *ff.* cum 24 lin., et *sign.* a—n, quae tamen ita in infima libri ora positae sunt, ut saepe a bibliopegis secatae sint; itaque Dibdin in Bibl. Spencer. T. II. p. 48 suspicatus est, eas libro iam typis descripto adiectas esse.

1475, 4 min. *Praecedit Epistola Ioh. Aurispae ad Nicolaum V. quae finitur f.* 2 *b F.* 3 *a:* Hieroclis Philosophi Stoici Et Sanctissimy In Aureos Versus Pithagorae Opusculum Praestantissimum Et Religioni Christianae Consentaneum Incipit. *In fine:* Hieroclis — opusculum hic feliciter completum est ac per ingeniosum virum Arnoldum Pannartz Rome impressum in domo clari ciuis Petri de Max. Anno incarnati Verbi. M. CCCC. LXXV. Die. XXI. Sept. sedente Sixto IIII. anno eius V. *Sequitur registrum foliorum.* —— 92 *ff.* Sine *sign. cust.* et num. *ff.*

1493, 4. *Praecedit Aurispae ad Nicolaum V. S. P. epistola, quae f.* 2 *a lin.* 13 *explicit. Continuo sequitur inscriptio:* HIEROCLIS PHILOSOPHI STOICI ET SANCTISSIMI IN AUREOS VERSUS PITHAGORAE OPUSCULUM PRAESTANTISSIMUM ET RELIGIONI CHRISTIANAE CONSENTANEUM INCIPIT. *In fine:* Hieroclis Philosophi et sanctis. in aureos versus Pytagore opusculum praestantiss. et religioni cristiane consentaneum hic feliciter completum est. Impressum Rome per Johannem Besiken et Sigismundum mayr. Anno M. CCCC. XCIII. die XIX. decembris. —— Char. rom. Sine *cust.* et num. *ff.*

1495, 4. Hieroclis Philosophi Stoici in aureos uersus Pythagorae opusculum, latine. Romae. —— De hac editione dubitatur. Fortasse eadem est atque praecedens.

1511, 4. Hieroclis Stoici philosophi in aurea Pythagorae carmina Commentarius. Argentorati in Aed. Matth. Schüreri IX. Kal. Martii.

1543, 8. Hieroclis Philosophi liber, omnia ueteris Philosophiae humanarum

& Divinarũ rerum inuoluta mysteria, & Pithagoricarũ sententiarum reconditos sensus explicãs etc. interprete Auruspa. Hunc D. N. Vdalr. Zasius ex cuius bibliotheca nobis est exẽplaris copia facta, a multis mendis, quibus totus plenus erat, repurgatum. BASILEAE APVD HENRICHVM PETRVM. *In fine*: BASILEAE EXCVDEBAT HENRICHVS PETRVS MENSE AVGVSTO, ANNO M.D.XLIII. —— 6 *ff.* praefixa, titulum et praefationem contin., et 2 vac. *ff.*, 213 pp., et 1 *f.* quod in pag. versa insigne typ. habet.

1651, 12. — Lgd., Tornaesius.

2) De providentia et fato.

1593, 8. Hieroclis philosophi Alexand. de Providentia et Fato, deq' libri arbitrii cum divinâ gubernatione conuenientiâ, commentarius, in compendium redactus; et nunc primum luce et Latinitate donatus; ex fide Graeci codicis decurtati, è bibliothecae Medicaeae penu eruti; Latine, interprete Fed. Morello. Lutetiae, apud Fed. Morellum.

B. germanicarum.

1) Commentarius.

1778, 8. Hierokles Auslegung der goldenen Verse des Pythagoras. Aus dem Griech. übersetzt von J. G. Schulthess. Zürich, Orell. —— 8 *Gr.*

2) Facetiae.

aa) *Omnes.*

1747, — 1789, 8. —— *V.* supra I. 1).

1782, 8. Scherzreden aus dem Griechischen des Hierokles, von K. W. Ramler. Berlin, Mylius. —— 2 *Gr.*

bb) *Delectus.*

1792, 8. Einige Schnurren des Hierokles, übersetzt. —— In Strothii Chrestomathie. Leipz.

C. gallicarum.

1) Commentarius.

1706, 8. Les commentaires d'Hierocles, traduits en français avec des remarques, par *M.* Dacier. —— Cum eiusdem versione gallica Pythagorae carminis. Paris, Rigaud.

2) Facetiae.

1812, 8. Facéties d'Hierocles, traduits avec des notes par M. de Chio. Paris, Eberhart. —— 2 *fr.* 50 *cent.* Nihil de hac versione refert Quérard in libro: La France littéraire T. IV. Notitiam inveni apud Schweigerum.

3) De fato et providentia.

1560, 8. Institution divine de Hiéroclès contre les Athéistes, trad. du grec en' latin par Aurispa et en françois par Rheginus. Lyon, Bonhomme.

D. italicarum.

1603, 4. Commento di Ierocle Filosofo sopra i versi di Pitagora, detti d'Oro, volgarmente tradotto da Dardi Bembo. Al Santissimo Padre & Sig. nostro Clemente VIII. Pont. Mass. Con licenza, & Privilegio. In Venetia, M.DC.III. appresso Andrea Muschio. —— In hac versione sunt: Commento d'Ierocle, i Dialoghi, intitolato Discorso di Timeo da Locri intorno all' anima del mondo, Dialoghi del giusto & della virtu & da lui (*Dardi Bembo*) tradotti nella lingua volgare. Adiecti sunt etiam versus Pythagorici. Titulus mutatus est a. 1604.

1604, 4. Commento *etc.* da Dardi Bembo, nel quale con singolar dottrina s'insegna ciò, che conviene essercitarsi dall' huomo Civile per viver Moralmente. Et per poter, ascendendo alla cognitione delle cose Celesti, far acquisto della somiglianza Divina. Aggiuntovi la Tavola delle cose in esso contenute. Al Santissimo Padre, & Signor Nostro Clemente VIII. Pont. Massimo. Con lizenza & privilegio. In Venetia M. DC. IIII. appresso Barezzo Barezzi Libraro alla Madonna. —— Eadem atque praecedens editio, duo tantum priores quaterniones denuo typis descripti sunt, ita ut tabula volumini praemissa sit, cum ante in libri calce extaret.

E. anglicarum.

1) Commentarius.

1657, 12 (*non* 8). HIEROCLES upon the Golden Verses of Pythagoras, teaching a virtuous and worthy Life, translated into English by John Hall, of Durham. Published after his Death by his Friend, John Davies, of Kidwelly. Lon-

don. —— 7 sh. 6 d. Praefixum est: An Account of John Hall and his Works, by John Davies.

1682, 8. The Commentaries of Hierocles upon the golden Verses of the Pythagoreans, translated from the Greek by John (T.?) Norris. Oxford. —— 3 sh.

1707, 8. Commentaires of Hierocles, translated into French; now done into english, by Nicholas Rowe. —— Cum Pythagorae versibus. Lond.

1756, 12. The Commentary of Hierocles upon the golden Verses of Pythagoras, translated from the Greek. Glasgow. —— 8 sh.

1797, 8. The Commentary of Hierocles upon the golden Verses of the Pythagoreans, translated, with Notes and Illustrations, by Wm. Rayner, A. B. Norwich. —— 4 sh. Versio anglica extat etiam in Stanleii History of Philosophy.

2) Facetiae.

1741, 8. The Pedants or Jests of Hierocles, translated into English. —— In The Gentleman's Magazine. 1741. m. Sept. p. 477—479. Versio Samueli Johnson tribuitur; sed nihil de hac re constat.

3) Ethica fragmenta.

1822, 8. —— *V.* supra Archytas. II.

III. *Illustrantia Hieroclem scripta.*

Bpt. ***Pearson***: Prolegomena in Hieroclem. —— In Diario class. no. XVII. p. 197—208.

Rich. ***Robinson***: Index in Hieroclis commentarium. —— *V.* eius Indicem ad Longinum. *ib.* III.

H. ***Valesii*** Animadversiones in Hieroclem. —— *V.* eius Emendationum lib. I. p. 9 sqq. et p. 216 sqq.

I. Chph. ***Wolfii*** dissertatio epistolica, qua Hieroclis in aurea Pythagorae carmina commentarius nuper in Anglia editus, partim illustratur, partim emendatur, beneficio collationis cum codice Medicaeo institutae. Lips. (1710,) 8. —— Haec collatio codicis ad Needhami editionem a. 1709 pertinet. Codicem describit etiam Bandini in catalogo bibl. MSS. graec. bibl. Laurent. Vol. I. p. 444 sq., adde Vol. II. p. 175.

HIEROCLES Grammaticus.

1641, — 1704, f. Hieroclis Synecdemus sive Enumeratio provinciarum LXIV. et Urbium DCCCCXXXV, quae Constantino Imperatori subsunt. Graece et Latine. —— In Notitiis antiquis, Geographiae sacrae *Caroli a S. Paullo* subiectis Paris., 1641, et Amst., p. 18 sqq. Hic liber sine auctoris nomine legitur, et in fine mutilus est.

1697, f. Hieroclis Synecdemus, graece ab Luca Holstenio e cod. msto Vatic. descriptus, in fine suppletus ex alio codice msto Altempsiano, et latinitate donatus. —— In Adpendice ad Antiquitatem Ecclesiae illustratae *Eman. Schestratni.* (Romae.) T. II. p. 621 sqq.

1711, f. — graece et latine. —— In *Anselmi Banduri* Imperio orientali. *Paris.* Textus expressus est ex praecedenti editione, et rep. 1729.

1729, f. —— *Ib.* (Venet., e typ. Javarina.) T. II.

1735, 4. — Graece, cum prolegomenis et commentario Wesselingii. —— Cum *Antonini* Itinerario. (Amst.) p. 621 sqq.

HIERONYMUS.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 375 sqq.; *ed. n.* T. IX. p. 295 sqq.

Aa) *Opera omnia.*

1772, 8. D. Hieronymi Duo Dialogi graeci, qui supersunt. Iterum recensuit, et cum annotationibus brevibus Casp. Barthii, Ch. Daumii ac suis amplioribus novaque versione latina edidit J. Bened. Carpzov. Altenb., Richter. —— 18 *Gr.* De hac editione conf. I. A. Ernestium in Bibl. noviss. theol. T. II. P. VI. p. 563 —565.

Bb) *Opera singula.*

1) De Baptismo.

1598, 8. B. Hieronymi, Theologi Graeci incertae aetatis, unius e Graecis patribus disputatio ad institutionem Christianorum, seu dialogus de effectu Baptismi et notis Christiani, nunc primum Graecè & Latine editus, interprete Fed. Morello. Lutet., apud Fed. Morellum.

1680, 8. B. Hieronymi, unius e veteribus Graecis patribus, Disputatio ad institutionem Christianorum utilissima, olim Graece a Federico Morello cum ipsius Latina versione Lutetiae edita,

nmatic utraque lingua studio et opera st. Daumii in lucem reproducta. Cygneae, typis Sam. Ebelii.

1718, 4. — graece cum versione Latina Feder. Morelli ex Cod. MS. Hamburgensi emendatior. —— V. *I. Alb. Fabricii* Bibl. Graec. T. VIII. p. 377 sqq.

1769, 4. D. Hieronymi φιλοπονια, dialogus de sensu interno christianismi et accepti baptismi. Graece latine. Post F. Morelli, Ch. Daumii et I. Alb. Fabricii editiones nova cum versione et annotationibus varii generis denuo recusus. (*Studio I. Bened. Carpzov.*) Helmst. —— De hac editione conf. I. A. Ernestium in Nova Bibl. Theol. T. IX. P. I. p. 189 sq.

2) De Trinitate.

1612, 8. D. Hieronymi, Theologi Graeci, dialogus de S. Trinitate, Graece, nunc primum editus, ex Bibliothecâ Friderici Lindenbrogii, cum versione Latina, Fed. Morelli. Lutetiae, apud Morellum.

1677, 8. D. Hieronymi, Theologi Graeci, dialogus de S. Trinitate; Gennadii Scholarii, dialogus de via salutis humanae; eiusdem confessio fidei, & oratio ad unum & trium personarum Deum; Graece & Latine. Accedit B. Martini, Episcopi Turonensis, professio fidei de Trinitate, Latine. Omnia ex editione & cum notis Christiani Daumii. Cygneae, typis Sam. Ebelii.

1718, 4. — graece cum versione latina Fed. Morelli. —— In *I. Alb. Fabricii* Bibl Gr. T. VIII. p. 384 — 399.

1768, 4. D. Hieronymi Dialogus de Sancta Trinitate, graece latine, post Fed. Morelli, Ch. Daumii, et I. Alb. Fabricii editiones, cum adnotationibus Casp. Barthii, Ch. Daumii ac suis, denuo recusus, et praefatione novaque versione auctus a Ioh. Bened. Carpzov. Helmst. —— Conf. de hac editione I. A. Ernestium in Nova Bibl. Theolog. T. IX. P. I. p. 90 sqq.

HIERONYMUS Cardiensis.

Fr. *Sévin*: Recherches sur la vie et sur les ouvrages de Jerôme de Cardie. —— In Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XIII. p. 20 sqq.

HIEROPHILUS.

1827, 4. *Ιεροφυλου περι τροφων κυκλος· ποιοις δει χρασθαι εκαςῳ μηνι και ποιοις απεχεσθαι.* Graece cum versione gallica edidit I. Fr. Boissonade. —— In Notices et Extraits des MSS. de la Bibl. du Roi T. XI. p. 192 — 273.

HIMERIUS Sophista.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 413 sqq.; *ed. n.* T. VI. p. 55 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnia quae supersunt.*

1790, 8. Himerii Sophistae, quae reperiri potuerunt, videlicet Eclogae (XXXVI) e Photii myriobiblo repetitae et declamationes (XXXIV) e codicibus Augustanis, Oxoniensibus et Vaticanis tantum non omnes nunc primum prolatae. Accurate recensuit, emendauit, latina versione et commentario perpetuo illustravit, denique dissertationem de vita Himerii praemisit Gli. Wernsdorfius. —— 1 *Th.* 8 *Gr.* Gli. Wernsdorfius ipse hanc editionem, in qua omnia subsidia critica adhibuit, morte abreptus, in lucem emittere non potuit; quod deinde I. Ch. Wernsdorfius, frater eius, fecit. Ebert errat, si finita Wernsdorfii editionis notitia, adiecit „Zuerst bei *Polemonis declamatt.*" etc. Ibi enim Photii eclogae tantum extant.

Bb) *Plures declamationes.*

1720, f. Himeriae sophistae oratio nuptialis; Laudatio Atheniensium, qui in bello Persico occubuerunt; Oratio gratulatoria de Imperatoris adventu in urbem, Graece et Latine, cum Notis Ioh. Henr. Maii, Fil. —— In Bibl. Uffenbachiana Msta. (Halae Hermund.) P. II. p. 590 sqq.

Cc) *Singulae declamationes.*

1) Panathenaicum.

1705, 4. Himerii Panathenaicum, sive oratio in Iulianum Imperatorem. Graece. —— In Fabricii Bibl. Gr. T. IX. p. 426 sqq.

1719, 8. Himerii Panathenaicum, graece. Item epigrammata quaedam ex Anthologia inedita. Edente I. H. Maio. Giessae.

2) Laudatio Constantinopolis et Iuliani.

1784, 8. Himerii Sophistae oratio, qua laudes urbis Constantinopoleos et Iuliani Augusti celebrantur. E recensione

et cum commentario Gli. Wernsdorfii, edidit Gli. Cbph. Harles. Erlang., Heyder. —— 12 *Gr.*

Dd) *Excerpta.*

1567, 4. Himerii Eclogae, graece primum editae, cum H. Stephani annotationibus. —— Cum Polemone. Excud. H. Stephanus. Hae eclogae sunt a Photio in Bibl. sua, cod. CCXLIII. servata, cuius etiam editiones *v.* infra.

1829, 8 mai. *Ἐκ λογου περι Ἀλεξανδρου.* Graece. —— In *Boissonadii* Anecdotis Graecis. T. I. p. 172 sqq.

II. *Illustrantia Himerium scripta.*

I. Mich. *Heusinger:* Himerii Sophistae oratio *εἰς βασιλειον* cum Augustano codice collata. —— *V.* eius Dissertationem de Scriptoribus Graecis et Latinis nondum ad veterum exemplarium fidem satis emendatis p. 48—51, insertam Actis Soc. Latin. Jenens. Vol. I.

F. *Jacobs:* —— *V.* Achilles Tatius. III.

Gli. *Wernsdorf:* De Himerii declamationibus et eclogis edendis. —— V. *Formeii* Nouvelle bibliothèque Germanique. T. IX. p. 220 et 398.

HIPPARCHUS Bithynius.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 94 sq.; *ed. n.* T. IV. p. 26 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera quae supersunt.*

1567, f. *Ἱππαρχου Βιθυνου των Ἀρατου και Ἐυδοξου φαινομενων ἐξηγησειον βιβλια γ΄. — Του αυτου ἀστερισμοι. — Ἀχιλλεως Τατιου προλεγομενα εἰς τα Ἀρατου φαινομενα. — Ἀρατου βιος, και σχολια παλαιων τινων εἰς το αὐτου ποιημα.* Hipparchi Bithynii in Arati et Eudoxi Phaenomena libri III. — Eiusdem liber asterismorum. — Achillis Statii in Arati Phaenomena Prolegomena. — Arati vita, et fragmenta aliorum veterum in eius poema. (*Graece, edidit Pet. Victorius.*) Florentiae ap. heredes Bern. Juntae. MDLXVII.

Bb) *Opera singula.*

1630, — 1703, f. Hipparchi in Arati et Eudoxi phaenomena libri III. Graece et latine. —— In *Dionysii Petavii* Uranologio. (Paris., 1630) p. 171 sqq. A. 1703 *Amst.* repetiti sunt. Schweiger hic omnia Hipparchi quae supersunt, haberi putat; hoc enim ex eius notitia apparet. Sed errat.

II. *Illustrantia Hipparchum scripta.*

H. Fynes *Clinton:* On Hipparchus. — *V.* eius Fastos Hellenicos. (Oxon., 1830, 4) Vol. II. p. 532 sqq.

Pasc. Fr. Jos. *Gosselin:* Sur le système d'Hipparch. —— *V.* eius: Recherches sur la Géographie systematique et positive des Anciens. Vol. I. P. I. (1798, 4.)

Abr. Gth. *Kästner:* Ueber das Lob, welches Ptolemaeus dem Hipparch ertheilt. —— V. *Gf. A. Bürgeri* Akademie der schönen Rede-Künste, fortgesetzt durch eine Gesellschaft von Gelehrten. (Gött., 1794) P. IV.

V. A. *Formaleoni:* Sopra Ipparco. — In eiusdem Dissertazione sopra i fonti degli Errori nell' anticha Geografia del Mar nero, inserta in vol. II. p. 163 eiusdem: Storia filosofica e politica della navigazione degli Antichi nel mare nero. Venez. 1788—1789, 8. *Voll. II.*

Conr. *Mannert:* Ueber Hipparchus. —— *V.* eius Geographie der Griechen u. Römer. T. I.

I. B. P. *Marcoz:* Astronomie solaire d'Hipparque, soumise à une critique rigoureuse, et ensuite rendue à sa vérite primordiale. *Alter tit.:* Astronomie ancienne discutée et rétablie dans ses principaux points, pour assurer les déterminations de l'astronomie moderne. Paris, Debure. 1828, 8. —— LXII, 352 pp. Conf. Journal des Savans. 1828. m. Nov. p. 678—689.

Ios. *Scaligeri* et *de Villoisoni* Notae criticae. —— V. *Villoisoni* Epistolas Vinarienses. (Turici, 1783, 4 mai.) p. 73—80. Scaliger suas adnotationes in ora editionis Iuntinae adscripserat, quas Villoison cum eadem et Petavii editione contulit.

I. And. *Schmidii* Dissertatio de Hipparcho, Theone Alexandrino et docta Hypatia. Jn., 1689, 4.

F. A. *Ukert:* Ueber Hipparchus. — *V.* eius Geographie der Griechen und Römer. Vol. II. pluribus locis.

HIPPARCHUS Pythagoricus.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 505; *ed. n.* T. I. p. 847 sq.

I. *Editiones textus.*

1670, 8. Hipparchi Pythagorici fragmentum de Animi tranquillitate. Graece et latine. —— Inter Pythagoreorum fragmenta, a Gale edita. (Cantabr., 1670) p. 11 sqq. in eiusdem editione Opusculorum mythologicorum. Cantabr., 1671, 8.

1688, 8 mai. Ex Hipparcho Pythagoreo in libro De animi tranquillitate. Graece et Latine. —— In *Gale* editione Opusculorum mythologicorum. (Amst.) p. 669 sqq.

II. *Illustrantia Hipparchum scripta.*

Nic. *Felletti*: Discorso sopra la tranquillità dell' Anima, cavato da Ipparco Filosofo Pitagorico. —— In eiusdem versione italica Epicteti dissertationum.

HIPPIAS Eleus.

Leonh. *Spengel*: De Hippia Eleo eiusque scriptis. —— *V.* eius Συναγωγη τεχνων. (Stuttg., Cotta. 1828) p. 60 sq.

HIPPOCRATES Chius.

Nic. Thdr. *Reimer*: Hippocrates Chius reducit Problema de cubi Duplicatione in illud de inventione duarum mediarum proportionalium. —— *V.* eius Historiam problematis de Cubi Duplicatione *etc.* (Gotting., Dieterich. 1798, 8) p. 22 sqq.

HIPPOCRATES Cous.

Fabr. B. Gr. T. XIII. p. 191 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 506 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1526, f. Ἁπαντα τα τȣ Ἱπποκρατȣς. Omnia Opera Hippocratis. (*Graece.*) *In fine*: Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Asulani Soceri, Mense Maii M.D. XXVI. —— 6 *ff.* praefixa, 233 num. *ff.*, et 1 *f.*, quod habet insigne Aldi typ. Sextum priorum *f.* βιος κατα Σωρανον et Ἱπποκρατους ὁρκος continet. Ex Trilleri sententia, in Opusc. T. II. p. 180, haec editio nihil nisi nitorem et raritatem habet, quod eam commendet, cum non ex bonae notae vetustisque codicibus mstis expressa sit. Bibl. acad. et sen. Lips.

1538, f. Ἱπποκρατȣ Κωȣ ἰατρȣ παλαιοτατȣ, παντων ἀλλων κορυφαιȣ, βιβλια ἁπαντα. Hippocratis Coi medici vetustissimi et omnium aliorum principis, libri omnes ad vetustos codices summo studio collati et restaurati. Basil., apud Hieron. Frobenium et Nicolaum Episcopium. —— 4 *ff.* praefixa, 562 pp., et 1 *f.* quod insigne typ. habet. Ianus Cornarius editor, tribus codd. mstis ad textum emendandum usus est. Etiam ex Galeno sibi auxilium parabat. In omnibus autem magna cum religiositate et diligentia versatus est. Praeterea editioni accedit Γαληνου των Ἱπποκρατους γλωσσων ἐξηγησις. Itaque hanc editionem priori praefert Trillerus in opusc. T. II. p. 181.

1588, f. Hippocratis Coi opera, quae extant, graece et latine, veterum codicum collatione restituta, novo ordine in quatuor classes digesta, interpretationis latinae emendatione et scholiis illustrata ab Hieron. Mercuriali, Foroliuiensi. Venetiis, industria et sumptibus Iuntarum. —— Praemissa sunt 4 *ff.* praefixa, 19 pp. contin. Mercurialis censuram operum Hippocratis, et 66 *ff.* duplicem indicem contin. Tomus I. ipse complectitur singulari titulo 2 *ff.* praefixa, 374 et 48 pp.; T. II. 2 *ff.* praefixa, 502, 95 et 40 pp. Huic editioni accesserunt Γαληνου των Ἱπποκρατους γλωσσων ἐξηγησις, Erotiani onomasticum et Herodoti glossarium, omnia graece et latine. Ordo scriptorum Hippocratis in hac editione, quae textum ex codicum mstorum fide emendatum et magni habendas editoris notas habet, secundum commemoratam censuram institutus est. Trillerus in opusc. T. II. p. 180 dicit editorem tribuisse nimiam fidem codicibus mstis Vatic.

1595, f. Τȣ μεγαλȣ Ἱπποκρατȣς παντων των ἰατρων κορυφαιȣ τα εὑρισκομενα. Magni Hippocratis, medicorum omnium facile principis, opera omnia quae extant in VIII sectiones ex Erotiani mente distributa nunc recens latina interpretatione et annotationibus illustrata Anutio Foesio Mediomatrico medico authore. Accedunt Palladii scholia graeca in librum περι ἀγμων, variae lectiones graecae, nec non quorundam in aliquot Hippocratis libros observationes. Cum indice quadruplici. Francof., apud Andr. Wecheli heredes, Cl. Marnium et I. Aubrium. —— Foesius usus codicibus mstis Vatic.

et Paris. novam recensionem condidit, versionem novam confecit, singulis libris enarrationes, et cuique sectioni varias lectiones ex codicibus mstis depromptas adiecit. Volumini adhaerent 3 *ff.*, contin. Aemilii Porti coniecturas, et 1 *f.* errata. Rep. 1621 sq.

1621, f. — Francof., apud Andr. Wecheli heredes. —— *V.* 1595, 1624 et 1645.

1624, f. — Francof. —— Est tantum titulus antecedentis editionis mutatus. *V.* 1621 et 1645.

1645, f. — Francof. —— Praecedentis editionis repetitio est. *V.* 1624 et 1657.

